


John Carter Brown
Library
Brown University

Sabin XII. 52175

# ORBIS TERRÆ PARTIVM

SVCCINCTA EXPLICATIO, SEV SIMPLEX ENVmeratio, diſtributa in ſingularum partium regiones:

VBI SINGVLIS REGIONIBVS SVAE VRBES, ELOGIA, ET PRAEconia, Perſonæ, ſiue illuſtres, ſiue infames, fontes, merces, ſingularia & propria ſingulis, & cætera quacunq; ratione inſignia, admiranda & noua adtribuuntur.

*MARIA ITEM, LITTORA, MARIVM SINVS, PENINSVLAE, ET Inſulæ maris magni ſiue Oceani, & maiores minoresq; Inſulæ mediterranei maris, eodem ordine exponuntur.*

*Cum indicatione autorum, tum veterum, tum recentium.*

*A*

MICHAELE NEANDRO.

Tertiæ editioni addita ſunt alia aliorum diuerſorum auctorum ſcripta lectu iucundiſſima, digniſſimaq;, quæ altera pagellæ facies indicabit.

Cum Gratia & Priuilegio.

LIPSIÆ.

*M. D. LXXXIX.*

13 9.

# PRÆTER CÆTERA
## QVÆ NON INVTILITE[R]
autor recentiori huius operis editio[ne]
addi curauit, etiam hæc, quæ ſe-
quuntur, acceſſerunt.

I. Itinerarium D. Salomonis Svveickeri qui è Thracia in Aegypto, Palæſtina, Arabia atq[;] Syria peregrinatus eſt, autore Martino Cruſio vtriusq; Eloquentiæ Profeſſore Tubingæ: cum copioſiore eiusdem explicatione, adiectioneq[;] Græcorum de Svveickero teſtimoniorum.

II. Epiſtola continens Hodœporicum nauigationis ex Conſtantinopoli in Syriam, Palæſtinam, Agyptum, & ad montem Sinai: Nec non de bello Perſico, & circumciſione Mahometi filij Imperatoris Turcici, alijsq́; rebus Conſtantinopoli non longo tempore antè geſtis.

III. De Eccleſia & religione Aethiopum ſub Imperio precioſi Ioannis D. Matthæi Dreſſeri vtriusq; linguæ, & hiſtoriarum Profeſſoris in Academia Lipſienſi oratio.

IIII. De Ruſſorum, nec non Tartarorum religione, ritibus nuptiarum, funerum, victu, veſtitu, &c. vera & luculenta narratio ad Dauidem Chytræum recens ſcripta: cum alijs eiusdem argumenti de religione & ſacrificijs veterum Boruſſorum ad Clariſs. V. Georgium Sabinum à Ioanne Meletio olim miſſis.

NOBI-

# NOBILISSI-
MIS IVVENIBVS, PI-
TATE, MODESTIA ATQVE IN
*teris linguisq́ profectu laudando ornatiſſimis,*
Chriſtophoro Sigiſmundo, Ioachimo
riderico, Ioanni Henrico, *fratribus no-*
*iliſſimi viri*, D. Henrici à Bila, *ſapientia,*
*octrina multa & varia, eloquentia, magnoq́*
*ſu rerum clariſſimi & præſtantiſſimi, ac hinc*
*lluſtriſſimi Ducis* AVGVSTI, *Electo-*
*is Saxoniæ Conſiliarij celebris, Domini in* He-
ieroda & Stapelburg, *& præfecti Epiſco-*
*patus Mersburgici, filijs optimis, ami-*
*cis ſuis dilectis & honorandis.*

S. D.

NObiliſſimi Iuuenes, pietate, modeſtia, generis ſplendore, ingenio atque in literis, linguisque profectu laudando ornatiſſimi, venit aliquando ad nos Ilfeldam amicitiæ ac colloquiorum ergò vir quiſpiam, doctrina omni, nomine atque dignitate præter cæteros omnes præditus, non

modò in illa Academia, cui traditu fuerat quaſi Rector & inſpecto quiſpiam perpetuus, ſed qui etiam per Europam ferè vniuerſam, & in magnorum Dominorum ac Principum aulis non vulgari, ſed præcipua & ſingulari autoritate antecellebat, vbi fuit aliquandiu, quod in veteri verſu dictum eſt: ῥητὴς πρηκτὴς τε ϖα-γαίολος οἷος ἀπ' ἄλλων.

Tametſi verò in doctrina Eccleſiæ non vbiq; conſentientes opiniones cum illo viro haberemus: tamen ille his nihil offenſus diligebat me mirificè, colloquebatur libenter, & ad illam rem occaſiones, ſi quæ offerebantur, nullas negligebat, quòd exiſtimaret literas eruditas me amare, & ibi plurimum ocij atq; temporis ponere, quarum ille tanta cura tangebatur, vt ſomnum aliquando præ illis diceret, ſe non poſſe capere. Ac quantum in omni literarum, linguarum & doctrinarum eruditarum omnium genere, ſtudio

tudio & labore fuerit conſecutus, locent monumenta & eius libri, qui n manibus eruditorum omnium verſantur hactenus, & verſabuntur n illis etiam deinceps ſemper, σέβας μέγα ἐσσομένοισι.

Colloquium Neandri cum viris aliquot doctrina omni excellentibus.

Adducebat tum ſecum ille in duobus curribus ex vtraq; Academia vicina, viros doctrina multiplici, ingenio, ſapientia atq; nomine in illis duabus Academijs præſtantes & eximios, quo nihilominus eum vnum tunc vt Præceptorem & maiorem colebant & venerabantur.

Dum verò tantis hoſpitibus conor præſtare, quæ poſſum cuncta humanitatis, beneuolentiæ atq; hoſpitalitatis officia, ac cum inter conuiuandum, quod fieri ſolet, tum de alijs rebus, ante omnia autem de literis, Scholis & Eccleſia multa amicè & familiariter colloquimur, infit ille, nunc tandem, DEI ſingulari beneficio, perfectum ſtudio atq; labore Megalandri Lutheri, qui fue-

rit φωστῆρος Theologorum,& magni καὶ πανσόφου, & omniſcij,& qui νοῦς τοῦ τόπ
exſtiterit Philippi Melanchthonis, atq; aliorum excellentium virorum opera vt & puritas doctrinæ reſtituta ſit Eccleſiæ, ſitq́; nunc nihil reliquum, quod Scholis etiam & Iuuentuti deeſſe poſſit, cùm etiam illis ita conſultum ſit in traditione artium, literarum atq; linguarum eruditarum facili, perſpicua, plana atq; expedita, vt, cur queri & deſiderare deinceps aliquid Scholæ velint, cauſam iuſtam non ſint habituræ. Quæ ipſe tunc oratione facunda, erudita & luculenta commemorabat & exponebat, non ſine voluptate omnium, qui tunc vnà accubueramus.

Ac cum ego fretus & humanitate eius præſtantiſſimi viri, beneuolentia, in me affectione, propenſione & voluntate ſingulari contra quàm ille ſentiret, nullam offenſam formidando, affirmarem eſſe etiam vnum, quod iuuentus hactenus requirat:

uirat: ac ille contra reſponderet,
iirari ſe, neq; ſatis ſcire huc vſq;
oſſe, quid illa, aut etiam qui di-
centium ſtudijs in Scholis præſint,
oſſint in vlla doctrinæ parte deſi-
lerare: Ne itaq; ſuſpenſum diutiùs
enerem, protuli has noſtras pagel-
as, quas mittere me ad vos, præſtan-
iſſimi iuuenes, ἅμματος ἀγαθοῖο φίλ-
ατα τέκνα, mox dicam, vt inde intel-
igere diſceret, quò tenderet ἀντίπα-
ος noſtra oratio, & cognoſceret
nde requiri in Scholis, tum à di-
ſcentibus, tum etiam docentibus,
uccinctam, ſed tamen eruditam &
ccuratè conſcriptam partium om-
nium præcipuarum orbis terræ e-
numerationem, & in his omnium
orum, quæ paſſim in tam latè pa-
ente orbe ſint præcipua, illuſtria,
& non ſine cauſa ſcitu neceſſaria ad
explicationem multarum rerum, e-
rum præcipuè, quæ in Scholis tra-
di, enarrari & explicari ſolent, ta-
metſi in Eccleſia etiam, & cætera ho-

Aliquid adhuc deſiderari in ſcholis.

Partium orbis terræ enumeratio cur vtilis?

Topographia & Chronologia duo oculi hiſtoriæ.

minum vita, illa doctrinæ pars lucem multis rebus afferat, cùm Topographia & Chronologia, locorum & temporum indicatio & cognitio, ſint quidam duo egregij oculi vniuerſæ omnium ætatum atq; temporum hiſtoriæ, de quo tunc non fuerat neceſſum pluribus, ne ſcientibus loquerer, dicere, cùm non eſſet tunc, qui contradiceret, neq; fortè nunc ſit, qui diuerſum diſcentibus perſuadere ſtudebit. Ille verò, hac mea oratione & σκιογραφία, ſiue delineatione rudi & deformi eius rei commotus, reſpondit rectè me ſentire, & toto ferè illo itinere, quod fuerint diebus ſuperioribus emenſi, ad me profecturi, de nulla ferè re alia, quàm de tali aliquo libello breui & erudito conſcribendo, ſermones multos vltro citroq; cum Comitibus ornatiſſimis ac præſtantiſſimis habuiſſe, optareq; ſe ex animo, vt tale aliquid exſtet in publico, aut ſaltem mox alicuius erudi-

ruditi induſtria elucubratum in publicum veniat.

Tametſi verò tunc neq; noſtras pagellas, quamuis rudes & ineptas, improbaret, & ſuum illis locum relinqueret, tamen cùm exactius, eruditius & conſummatius quiddam inter cæteros ego etiam deſiderarem, oſtenderem etiam tunc querelas magnorum & doctorum virorum è libris ipſorum exſtantibus prolatas, quibus ipſi quoq; requirebant orbis deſcriptionem & explicationem eruditam, omnium à nobis, qui tum vnà ad vnam menſam accubueramus, omnibus precibus rogabatur, vt ipſe talem aliquem libellum eruditum in vſum ſtudioſæ iuuentutis conſcriberet, cùm nemo id melius & rectius poſſit, cùm in omni literarum ac ſtudiorum genere non modò verſatiſſimus, ſed etiam exercitatiſſimus eſſet. Quamuis verò multa prætenderet, cur noſtris precibus locum dare neq; acquieſcere poſſet,

inter cætera verò, & quidem ante omnia occupationes ſuas multiplices, omnibusq́; notas, easq́; ſubinde nouas: tamen cùm nollet tot precibus tot tantorumq́; amicorum, qui eodem tempore contentioſiùs ab illo idem publico nomine peterent, repugnare, vt nobis animum expleret, annuit tandem.

Mihiq́; tunc id negotij tum ab ipſo, tum etiam Comitibus eius datum eſt, vt tanquam ἐργοθιώκτης cum omnibus occaſionibus promiſſi illum admonerem, & inſtarem, quibus poſſem modis & rationibus, vt tantum temporis negocijs ſuis multis ſuffuratus, quantum ei ſcriptione ſufficeret, operi promiſſo quamprimum manum admoueret. Ne verò & mihiịpſi & ſtudioſæ iuuentuti defuiſſe viderer, ſcripſi ad eum aliquotiens copioſè, monui ſedulò. Ac tametſi aliquotiens placidè atq; benignè reſponderet, & peteret morulam breuem non iniq; ferrè, aliquando

quando etiam ſcriberet librum cœptum & pertextum, editurum cum inſcriptione & mentione nominis mei honorifica, vt conſtare omni tempore poſſit de amicitia, quæ vtrinq; nobis longo tempore interceſſiſſet, tamen cùm occupationes eius multijuges ſubinde magis creſcerent, ei rei nunquam vacare, ſcriptionem nunquam ordiri, ne dum pertexere potuit. Ac cum etiam deinde non multò poſt, præter ſpem fortè & exſpectationem, fortuna, qua ſplendida longo tempore vſus fuerat, mutaretur, adeò vt triſtia & aduerſa multa experiretur, multò minus deinde incoare atq; perducere ad finem optatũ tractationem eius argumenti huc vſq; potuit.

Ideoq; tametſi illo potius libello, quem ille nobis exactè perfectũ & eruditum potuiſſet conſcribere, vti maluiſſemus, tamen, quia in hoc genere commodiores pagellas habere non potuimus, noſtras illas

ruſti-

ruſticas & deformes, inuiti etiam hactenus retinuimus & retinemus etiam deinceps, & nunc de amicorum, Typographi ac Bibliopolarum hortatu qualeſcunq; etiam illæ ſint, in publicum edimus: nam facimus pro noſtris facultatibus mœnia, planeq; quòd à vetere ſapiente Poëta ſcriptum eſt, οἶος ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει, τοῖα καὶ φέρω, cùm mola etiam ſalſa litent, qui thura non habent. Ac petimus à viris bonis & eruditis & ſtudioſa iuuentute, vt tantiſper eas pagellas rudes placidè ferant, donec ſit qui meliores, commodiores & vtiliores diſcentibus edat.

Ac fortè eruditiores aliqui excitabuntur ad eruditiorem & pleniorem tractationem omnium eorum, quæ in his noſtris pagellis rudi quadam & agreſti σκιογραφίᾳ adumbrata ſunt & delineata. Ac quantum hîc præſtare, & quàm egregiam hic operam nauare poſſint viri reuerendiſſimi ac omni doctrina ornatiſſimi Io-

anne:

annes Guilielmus Stuckius, πολυίςωρ ille θαυμάσιος, & Henricus Buntingus, Doctor verbi diuini in ducatu Brunſuicenſi, docent alterius Commentarij luculenti, eruditi ac varij in Periplun ponti Euxini, & maris Rubri Arriani Philoſophi Græci, & hiſtorici, & ſcriptoris eorum, quæ Alexander ille Magnus feciſſe præclarè & ſapienter dixiſſe dicitur: Alterius verò Itinerarium Eccleſiaſticum, quibus duobus vtriuſq; libris ac ſcriptis in hoc genere, mea quidem opinione & ſententia, nihil extat elegantius & eruditius.

Ioannes Guilielmus Stuckius. Henricus Buntingus Polyiſtores admirandi.

Itinerarium Eccleſiaſticum.

Et ſunt multi alij præſtantes viri, quibus & ingenij, & doctrinæ, & ocij plus eſt, quàm nobis diſtractis multis mille modis, & ſtudiorum & laborum difficilium & moleſtorum varietate, adeò vt rariſſimè ad vnam ſemihorulam vni alicui rei continuò vacare queamus, qui ipſi etiam hìc egregium aliquid cum laude nominis ſui ſempiterna nauare poſſent. Id

verò

verò ne grauatè faciant qui poſſunt, vt quamprimùm noſtræ cartæ pueriles è manibus omnium excutiantur, & melioribus, commodioribus ac vtilioribus ſubſtitutis, è hominum memoria ſempiterna tollantur, peto ab illis ſtudioſiſſimè.

Principum ac nobilium filij ferè equitare tantum optimè diſcunt.

Vobis autem, nobiliſſimi ac præſtantiſſimi iuuenes, illam noſtram opellulam & veſtro nomini inſcribo, quia non animum abhorrentem à literis & Muſis, quod ferè vulgus nobilium veſtri ordinis hominum facere conſueuit, geritis, neq; tantum equitare optimè diſcitis, quod Carneades ſapiens ille Philoſophus apud ſapientiſſimum Plutarchum, de nobilium ac Principum liberis, dictitare ſolebat, eos nihil quàm equitare melius diſcere, ἄλλο οὐδὲν εὖ καὶ καλῶς μανθάνειν, ἢ τὸ ἱππεύειν μόνον, quod equus videlicet minus illis, quàm Parentes, Præceptores & inſpectores indulgeat, eoſq; attentos hic vel inuitos faciat, ne ſi negligentes, v fer

ferè alibi ſolent eſſe, hîc quoq; fuerint, ſubitò iaceat in Dreckis / qui modo Reuter erat, ſecundum id, quod nobilis quidam Germaniæ Poëta de malo equite aliquando fecit, ſed multò magis, quodquidem præcipuè neceſſarium erat, ſolumq; ac vnum, vt optima pars, diligendũ, de conſilio nobiliſſimi, laudatiſſimi, doctiſſimi atque ſapientiſſimi veſtri patris, ante omnia diſcitis magno ſtudio neq; minore ſucceſſu pietatem & literas, quæ duo coniuncta ſola hominem beatum, nobilem atque illuſtrem efficere poſſunt, & extollere ad dignitates & honores euehere altiſſimos ſolent, ac illa ratione theſaurum vobis acquiritis & comparatis poſſidendum, cuius generis ſimilem neq; pater veſter celeberrimus comparare aut relinquere vllum poteſt, quantumuis etiam vobis magnas opes relinquat, Midæ opibus Cræſiq; diuitijs nobiliorem, potiorem atq; pretioſiorem. Quæ res

Quæ res præcipuè nobilitent hominem.

res vt patrem veſtrum ornatiſſimum ſuſtulit ad honores, quibus fungitur apud magnos & illuſtres Principes, ampliſſimos, ita vos quoq;, ſi, quomodo cœpiſtis, ſtudia veſtra feliciſſimè cœpta ad finem optatum perducere contenderitis, literæ prouehent, vt conſpicui ſitis aliquando exemplo patris veſtri ſummi viri dignitate, conſilio ſapiente, autoritate, opibus atq; potentia, cùm nullum ad illam rem adiumentum, viro præſertim nobili, & decus maius atque præclarius ſit, nihilq́; ſit, quod celerius in aulis magnorum Principum extollat, dignitatibus & honoribus ornet, & adaugeat viros nobiles, quàm ante alios ſui ordinis nobiles gregarios doctrina antecellere, ſapientia & eloquentia.

Quæ cum non aliunde melius & rectius petantur, quàm ex doctrina, quæ literis humanioribus eſt comprehenſa (exoſa tamen ferè veſtratibus vel illo etiam nomine, quod

non

non opibus, non maiorum imaginibus, ſed ſtudio, labore indefeſſo atque diſcendi voluntate ſeria atq; aſſidua comparetur, quæ fugimus plerıq; omnes, cum omnes à labore procliues ſimus ad libidinem, quod ſapiens Comicus, propria experientia edoctus verè & ſapienter ſcripſit) Alphonſus Rex ille ſapientiſsimus & literatiſsimus Arragonum, ac propterea non ſine cauſa illo nomine celebratiſsimus, quomodo de ſapienter, eruditè, ingenioſè ac præclarè multis eius factis, cogitatis & dictis exſtant magnorum virorum iucundi lectu ac erudita varietate conditi Commentarij, cùm cognouiſſet nobilem in aula ſua illiteratum ac propterea literarum & literatorum hoſtem, vt ſuam inſulſam inſcitiam excuſaret, velaret & ornaret dixiſſe: non decere nobilem & Principem virum literas, verè atq; ſapienter reſpondit: Eam vocem bouis non hominis eſſe, ne dum nobilis viri de-

Alphonſus Rex Arragonum literatiſſimus.

Vox non decere nobilem literas improbata.

b for-

formantis ſe & ſuam aulam, quam eſſe volebat Gymnaſium atq; Scholam pietatis, doctrinæ, ac omnis modeſtiæ, ac ſapientiæ, ac nobilem Principemq; indoctum ſimilem eſſe aſino coronato, & mortuos eſſe optimos conſiliarios, ex libris videlicet veterum ſapientum & literis peti doctrinam, ſapientiam & conſilia honeſta & ſalutaria, ſine quibus neq; nobiles verè ſint nobiles, neq; imperia atq; reſpublica conſiſtere ſine illis poſſint, neq; veram nobilitatem conſiſtere in maiorum titulis, ſtemmatis atq; imaginibus, ſed in doctrina erudita, virtute atq; ſapientia, quomodo verè & ſapienter ſcripſiſſet Poëta vetus & ſapiens, vbi inquit:

Princeps nobilis indoctus ſimilis aſino coronato.

Mortui optimi conſiliarij.

*Et genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi*
*Vix ea noſtra puto.*

Symbolum doctrina ac virtute nobiliſſimi Franciſci à Dombsdorff.

Illis verſibus tanquam ſymbolo vtitur pietate, doctrina omnigena, ingenio, memoria ſtupenda, ſapientia, eloquentia, amore literarum & omnium, qui literas magnifacere exiſtiman-

mantur, amicus maximus, ducis Electoris Palatini miniſter atq; conſiliarius, noſtri ſemper ſtudioſiſſimus atq; cupidiſſimus, Franciſcus à Dombsdorff, adeò vt etiam in fronte ſingulorum eius librorum præſcripti legantur: quorum tamen in Bibliotheca ſua inſtructiſſima in omni doctrinarum ac linguarum genere numerum immenſum poſſidet.

Bibliotheca Franciſci à Dombsdorff.

Ac cùm antè annos non ita multos Princeps quiſpiam literatiſſimus & eloquentiæ Ciceronianæ callentiſſimus & ſtudioſiſſimus adduceret ad Academiam filium Principem, ac altero mox die ipſe quoq; ad auditorium & lectorium publicum adduceret eundem, ac tunc in illa celebri Academia Præceptor celebris in explicatione Chronicorum ſiue ſponte, ſiue occaſione ſic ferente celebratas illas Alphonſi voces Scholaſticis commendaret & recitaret, pater Princeps illuſtris & eruditus, ac hac de cauſa præſtans inter cæte-

ros Germaniæ Principes, filium Principem geſtu, vultu, atq; nutu viſus eſt admonere, vt has voces ſapientiſsimi Principis atq; Regis, animo atq; cogitatione complexus perficere ſtuderet, diſcendo pietatem & literas, ne aſinus aureo vellere veſtitus, ſed locupletatus & ornatus, nobilitatus & illuſtrior factus pietate, doctrina omnigena atq; ſapientia domum ad parentes illuſtres reuerteretur, factus id, quod de veterum Græcorum atq; Romanorum nobilibus atq; patricijs viris, qui non modò laude rerum bellicarum, ſed etiam doctrinarum ſtudijs excellere & nobilitati eſſe ſtuduerunt, apud veterem probatum ac ſapientem Græcum ſcriptorem, ex Archilochi, veteris & ſapientis Poëtæ, carmine quodam refertur, his verbis:

Veteres Græci atq; Romani Principes pleriq; literati fuerunt.

Αμφότερον θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο θεοῖο
καὶ μουσᾶν ἐρατᾶν δῶρον ἐπιστάμενος.

Volui autem etiam illo nomine libellum illum cum mentione veſtr

nomi-

nominis honorifica exire, quòd de Præceptoris veſtri ſermonibus cognouiſſem, ſpontè vos rapi ad lectionem veterum ac recentium hiſtoriarum, ac vltrò nonnunquam quandam partem expoſitionis hiſtoricæ vtilis ac eruditæ latina oratione expoſitam reddere, & quidem tunc cũ feriari vobis à ſtudijs, & ocioſis eſſe liceret, intuiti nimirùm, vt alibi, hîc etiam in exemplum laudandum Patris veſtri, qui vt amans eſt omnis doctrinæ, ita cum intelligat multarũ rerum explicationem, etiam in foro & omni vita, peti ex hiſtoria vetere Græca, Romana atq; recente, lectionis hiſtoriarum omnium gentium, omnium ætatum atq; temporum, præſertim ſi illæ methodo plana atq; expedita ſint traditæ, adeò ſtudioſus eſt & amans, vt diebus ſuperioribus cùm ad nos Ilfeldam acceſsiſſet vnò cum nobiliſsimo genere, virtute, doctrina, ingenio, ſapientia, eloquentia, iurium cognitione, dignitate

Ericus à Perlips nobilis doctrinæ literatæ ac ſapientiæ nomine celebris.

atq; honoribus præſtantiſſimo Dn. Erico à Perlips, Ducis Electoris Saxoniæ conſiliario, dicaſterij Electoralis ſupremo Iudice & Thuringiæ ſupremo præfecto cum mãdatis ſui Principis illuſtriſſimi Ducis Saxoniæ ad tractationem & explicationem cuiuſdam negocij, tametſi fere ſemper eſſent vterq; occupatiſſimi vſq; adeò, vt nullibi, quàm in prandio aut cœna reſpirare aliquantulum liceret, ita tamen auidè & cupidè perlegerunt quaſdam cartas Chronici noſtri aridas & exiles, quæ tum fortè ex Officina Typographica mittebantur, vt ab illarum lectione non deſiſterent, niſi ſingulas ab initio vſque ad finem perluſtratas percurriſſent, cùm argumento ipſo, tùm etiam tota tractationis forma & expoſitionis ſerie mirificè delectati.

Chronicon Neandri.

Amat præterea nos hactenus conſtanter Pater veſter ſapientiſſimus, nobiliſſimus atq; doctiſsimus, & ſtudijs noſtris mirum in modum dele-

delectatur, omnibus eaq́; commendat, prædicat, excitat, & de ſingulis quæ pueris hactenus χρήσιμα dicturi elaboramus, & in vſum horum publici vſus facimus, honeſtiſſime exiſtimat, ſtudium & operam noſtram commendat, & è libellis quibuſdam noſtris vos ſuos cariſſimos & optimos filios pietatem, linguam Latinam, Græcam & morum præcepta diſcere iubet, hoc agens obnixè omniq́; ſtudio ſedulò vt ἄξια γενέσεως εὐγενοῦς καὶ πατέρος ἡμῶν εὐδοκιμωτάτου φρονῆτε, vt ſitis illi κατὰ θυμὸν πεπονημένοι, quod Hercules de Hyla ſuo dilecto apud Poëtam ſapientem loquitur, quem tùm per Præceptores, tùm etiam ipſe πάντ᾽ ἐδίδαξε πατὴρ ὡσεὶ φίλον υἷα, ὅσσα μαθὼν ἀγαθὸς καὶ ἀοίδιμος αὐτὸς ἔγεντο, καὶ ὡς, quod Poëta mox ibidem ſubdit, ἐς ἀλήθινον ἄνδρ᾽ ἀποβαίη, idq́; conatur perficere ſedulò, vt tùm alijs, tùm verò vobis præcipuè conſtet quod omnis in Aſcanio cari ſtet cura parentis.

De illa autem patris veſtri præſtantiſsimi in me mihi gratiſsima voluntate, delectari præterea me incredibiliter ſtudijs veſtris, & lætari immortaliter, quòd tales ſitis, quales prædicamini οὐ δοκεῖν ἄριστοι, ἀλλὰ εἶναι θέλοντες, gratulari etiam patri laudatiſsimo de tàm præclara indole filijs ad omnia excellentia natis, rectè & honeſtè educatis & in omni literata doctrina eruditis, arcteq; ſemper & contentè habitis, publicum aliquod teſtimonium, tametſi non magni momenti, ſed tamen æternam ſignificationem mei in vos amoris, ſtudij atq; beneuolentiæ ſempiternæ noſtrum illum libellum veſtro nomini inſcriptum exſtare volui. Id verò vt ſic & non aliter, quod eſt placidè, amanter atq; beneuolenter accipiaris, peto à vobis ſtudioſiſsimè. Porrò etiam moneo, vt exempla vobis proponatis tùm patris veſtri, & quidem eius præcipuè, tùm etiam veterum nobilium

& equi-

& equitum Græcorum atq; Romanorum Periclis, Themiſtoclis, Demoſthenis, & Romanorum Scipionum & Ciceronis. Eos quomodo euexerit literæ, ad quos honorum gradus extulerint, quanta cum laude Reſpublicas adminiſtrârint, copioſè proditum legitur à Græcis & Latinis doctis ac ſapientibus ſcriptoribus. Mecœnatis equitis Hetruſci, qui amicus fuiſſe dicitur omnium literatorum eius ætatis atq; temporis, Virgilij, Horatij, atq; aliorum ſapientiſsimorum Poëtarum in aula Auguſti Imperatoris propter literas tanta autoritas fuit, quomodo Dion Cocceus, Græcus ſcriptor traditum reliquit, vt in illa aula Auguſti potentiſsimi ac ſapientiſsimi Imperatoris, vtpote Domini tunc totius ferè orbis domiti, principem locum teneret, ipſum Auguſtum quò vellet, duceret, & abſentis Imperatoris locum in tanto imperio ipſe ſolus, per longum tempus, ἐπὶ

Veteres Græci atq; Romani nobiles literis euecti ad ſummum honorum faſtigium.

Mecœnatis autoritas in aula Auguſti Romani Imperatoris.

πολλῶν χρόνων, inquit Dion, aliquando teneret.

Reges aliquot Sarracenici in Regno Tunetano & Feſſano Africæ literati.

Ac de Muleaſſe Tunetano Rege, Muleamede etiam & Abdemeleco vtroq; Feſſano in Africa Rege, qui in prælio contra Sebaſtianum Luſitaniæ Regem annis ſuperioribus occubuit, quamuis barbaris Regibus & è ſtirpe Saracenica & barbara ortis, nihilominùs tamen ſcribitur omni doctrina, & linguarum cognitione variarum, eruditarum & vulgarium fuiſſe excultos & inſtructos, quòd ipſi, quamuis barbari Reges, nihilominùs exiſtimarent regna neq; adminiſtrari neq; etiam retineri ſine literis poſſe.

Cur autem exiſtimem aliquid operæ & ſtudij vobis quoq, ponendum in lectione huius noſtri libelli, in quo & hiſtorica multa inſunt, & rerum aliarum præterea vtilium & iucundarum non inſuauis varietas, melius cognoſcetis de ſermonibus Patris veſtri ſapientiſſimi, in hoc

quo-

quoque argumenti genere & totius mundi, omniumque gentium hiſtoria exercitatiſſimi, Præceptor etiam cauſas indicare nouerit. Ac nos quædam mox in initio de vſu eius diximus, quo vos ornatiſſimi, nobiliſſimi ac præſtantiſſimi omni virtute iuuenes remittimus, & nos vobis & Patri veſtro doctrina multa, nobilitate, dignitate & autoritate nobiliſſimo & maximo commendamus.

Ac quod ſupereſt vnum nunc Deum omnibus precibus oramus, vt & vobis, qui optimi Patris optima & generoſa eſtis ſoboles, & veſtris ſtudijs etiam deinceps benedicat, vt ſic optatum finem in ſtudijs feliciter ceptis aliquando conſecuti, Deo multa grata, & hominibus proficua dicatis atq; faciatis, decuſq;, ornamentum & columen parentum dulciſſimorum, cognatorum atque familiæ ſempiternum fiatis & ſitis. Amen. Ex Ilfelda illuſtrium ac genero-

roſo-

roſorum Dominorum ac Comitum
à Stolberg. Anno reparatæ ſalutis
per Chriſtum, 1582. in ipſis Ieſu
Chriſti Filij Dei genethlijs.

V.

Studioſiſs.

*Michaël Neander So-*
*rauienſis, Rector veteris*
*Collegij Ilfeldici.*

CLA-

# CLARISSIMO
## DOCTRINA ET VIRTV-
## TE VIRO, M. MICHAELO

Neandro, Antiſtiti & Rectori τ͂ φροντιστηρίου Ilfeldiani, in faucibus Harcyniæ, amico ſuo cariſsimo.

S. D.

*Fateor nullam eſſe omnium diſciplinarum partem minus tali methodo explicatam, ut proponi adoleſcentibus poſſit, quam* γεωγραφικὰς καὶ χωρογραφικὰς πραγματείας. *Sed ero autor Xylandro poſt euulgatum Strabonis opus, ut Epitomen aliquam accommodatam captui adoleſcentiæ concinnet, ex qua ideam totius mundi complecti atq; effingere animo diſcant: hoc enim verſaturo in lectione hiſtoriarum video admodum eſſe neceſſarium. Me etſi conceperim animo ideam talem, occupationes tamen eam non ſinunt exprimere typis & ſcriptis. Quæ ad te miſſurus ſum, tenuia ſunt: ſolam enim recentium quarundam apellationum collationem tum veteribus habent, è quibus quid ſis volupta-*

*tis per-*

*tis percepturus neſcio. Librum complecten-
tem typos Chorographicos æneis characte-
ribus expreſſos, de quo ad te Lutherus noſter
ſcripſit, habeo ex dono illuſtriſſimi Princi-
pis Electoris in mea Bibliotheca: Elegans
omninò opus eſt, ſed optarim autorem in-
terdum meliores tabulas habuiſſe, quas ſe-
cutus eſſet. Quinquaginta numero ſunt ta-
bulæ vniuerſæ, magnitudine chartarum pa-
res, ſed aliæ alijs anguſtiùs contractæ. De-
lectaberis opere vbi videris: ſed magno æ-
ſtimari dicitur.*

*Ad Francofurtenſes nundinas proxi-
mas adferetur nouus Strabo, quem transfert
& reſtituit Xylander non infelix interpres
& in Mathematica diſciplina multùm
verſatus & exercitatus: Miſit ad me gu-
ſtum operis: nihil niſi meliores chartas de-
ſidero.*

*Eius generis cùm hoc ſit etiam quod
tu deſideras, curabo tibi deſcribi quantum
ad vſus priuatos meos collegi: ſed exculta
illa non ſunt neq; perfecta, ſed vix inchoata
& adumbrata.*

*Sap*

*Sæpe autem te huc ad nos vt excurrereres rogaui: eris nobis tua & multorum opinione gratior hoſpes ſi veneris: atq; occaſiones veniendi multas tempus offeret, quibus vteris neq; negliges, inuenies viros apud nos doctos in omni genere bonarum artium, & erga te optimè affectos. Benè vale. 3. Febr. Anno 1571.*

Caſpar Peucerus.

# CLARISSIMO DOCTRINA, VIRTVTE ET DIGNITATE VIRO, M. Michaëlo Neandro, Præſuli & Rectori τ̃ φροντιστηρίου, quod eſt Ilfeldæ ad Harcyniam, amico tanquam fratri.

S. D.

*SÆpè me admoneo ipſum promiſſi de adumbratione quadam tabularum Geographicarum, quæ accommodatæ recentibus deſcriptionibus, & cum veteribus collatæ, ſeruiant vſui legentium hiſtorias: ſed quid prius aut ordiar, aut ingrediar in tanta mole & varietate occupationum, præſertim tam diuturno morbo*

*morbo penè proſtratis ingenij viribus non*
*reperio: Quandoq; dum ad quas me opera*
*conuertam dubito, deſperatione omnia ex*
*manibus abijcio. Nuper admodum ad Chro*
*nici pertexendi laborem redij, quam vehe*
*menter cupio abſoluere, vt de multis & ma*
*ximis rebus poſteritas cognoſcat veras hi-*
*ſtorias: Cauſas enim veras plurimarum*
*mutationum & maximorum motuum ſtu*
*dui magna cura perueſtigare: ſed & hi*
*mihi labor ſæpiſſimè interrumpitur, & a*
*omnia ſegniorem me reddunt curæ de publi*
*co rerum ſtatu, quem nutare ac præcipi*
*tem minitari ruinam video. Dabis itaq*
*veniam mihi ſi tardiùs proſequor quod cit*
*confecturum me receperam: Non tame*
*immemor promiſſi ero, & ſi conceſſum mih*
*ocium non fuerit, alios inſtruam, qui in ho*
*opus incumbant, in quo elaborando poſte*
*ſumam aliquid temporis & operæ. Benè &*
*feliciter vale.*

Caſpar Peucerus

D. M. Mi

## D. M. Micaëlo Neandro.
## S. D.

*Magnam tibi habeo gratiam, quod mpetrari abs te locum interceſſione mea n ſchola tua huic adoleſcenti paſſus es, uem nunc coram ſiſtimus & commenda-nus: Ex eo de meis aliquid cognoſces: ed te vnicè & mirificè deſidero multis agnis de cauſis: quare ſi vllo modo po-es da operam me vt inuiſas. Fortaſſe tineris huius te non pœnitebit, & coram le tuo etiam conſilio tecum potero copio-ſiùs & rectiùs. Literis nihil agitur aut xpeditur hoc tempore, ſi in patriam co-itas vix vnius diei itinere à directa via eflectes. Ad Gæographica libri requi-untur, quibus hic deſtituor, & plurimum oſitum eſt in accurata perueſtigatione, : cum veteribus Gæographijs collatione Aſiæ recentis, quæ ſatis nunc populoſa m colonis veteribus nomina prorſus utauit. Ego tracto Medica & hiſtori-, quantum concedit valetudo. Benè & liciter vale.*

# Clariſſimo doctrina, vir[tu-]
tute & dignitate viro, M. Micaëlo
Neandro, Rectori & Præſuli τοῦ
φροντιστηρίου ἰλφελδιαίου, amico
ſuo tanquam fratri,

## S. D.

*Reddidit mihi literas tuas Auguſti[-]*
*nus Hildeſius, quem & propter tuam*
*commendationem, & propter agnatum*
*Hippolytum, quo cum mihi egregia ami[-]*
*citia intercedit, libentiſſimè quibus pote[-]*
*ro officijs iuuabo & ornabo: Nihil enim*
*non eſt quod non cupiam tua cauſa fa[-]*
*cere. Sed ad labores magnos adhuc ſur[-]*
*deſco: Tertium enim iam decumbo he[-]*
*meo infelici climactere: ita exhauſtus e[t]*
*eneruatus viribus, vt vix inſiſtam ped[i-]*
*bus. Cogito de mutando aëre, meq́ in p[a-]*
*triam transferendo in dies aliquot. Fo[r-]*
*taſſe proderit illa mihi migratio, ſi p[a-]*
*trium aërem hauſero: Inde reuerſus,*
*mediocriter me recollegero, repetam op[e-]*
*ras intermiſſas. Tum verò præcipuè*
*de Chronicis pertexendis & de Geogr[a-]*
*ph[...]*

*hico libello inſtituendo cogitabo. Intra*
*uos menſes extra domum meam viſus*
*m nemini, & tamen lecto affixum ac*
*ix ægrè ſpirantem publicæ curæ & la-*
*ores publici exercere non deſtiterunt:*
*d malo publicis immori, quàm priuatis*
*ecum valdè cuperem loqui, cumq́; occa-*
*o iſtuc exſpatiandi nulla mihi, quod*
*iam, nunc detur, niſi fortaſſe rurſus ex-*
*rudar ad inſpectionem tibi vicinæ ſcho-*
*e, velim te ſemel nos inuiſere. Gratiſſi-*
*us omninò nobis omnibus futurus es ho-*
*es. Benè & feliciter vale. 4. Nouem.*
*Anno 1573.*

Caſpar Peucerus.

Viro clariſſimo, pietate &
omni doctrina præſtantiſsimo, D.
M. Michaëli Neandro, amico
ſuo honorando.

S. D.

*Fruſtra te hoc mercatu expectaui, ſed*
*rectè credo non id ferre occupationes tuas*
*t diu abſis: ſi adueniſſes fuiſſem de ijs,*

*qua ſcripſiſti coram tecum collocuturus.*
*Quid enim literis effici poteſt?*

*De editionibus autem tuis non eſt*
*quod conſilium inquiras meum: ego iam*
*ipſas videre & legere cupio, pergas tu iu-*
*nare ſtudia diſcentium & de poſteritat*
*bene praclareq; mereri. Apud N. quic*
*tibi prodeſſe mea poſſint litera non intelli*
*go. Tua te virtus, pietas, labores, merita*
*excellens doctrina peruulgata in orben*
*Chriſtianum, fama, ſatis commendant*
*tamen exiſtimaueris ſcribendum eſſe, ſatis*
*faciam tua voluntati.*

*Gaographica, cum ad eam rem mul*
*ta me deficiant, aggredi nondum poſſum*
*& ea, qua pra manibus habeo non libente*
*depono: ſed ſi mihi Deus tantum ocij de*
*derit, voto ſatisfaciam tuo, & ad te cun*
*inſcriptione tui nominis libellum mittam*
*vt exſtet ad poſteritatem teſtimonium no*
*ſtra amicitia, & mei de te iudicij perpe*
*tui. Interea vero ſchola tua precibus m*
*commendo, quas ſcio ſerias eſſe magiſtr*
*ſui exemplo, &c. Bene vale.*

T.

Peucerus.

DO

## DOCTISSIMO ATQVE præclariſsimo viro, D.M. Michaëli Neandro Rectori Ilfeldenſi meritiſſimo domino & amico ſuo ſemper amando.

S. D.

*REdditæ mihi ſunt, vir præclariſſime, literæ tuæ humanitatis pleniſſimæ, vna cum diſcipulorum tuorum operibus, ex ea ſchola, atq; ab ys, qui in a ætate nunc non exigua cum laude, profectis, quæ non ſolum magna cum delectatione ipſe vidi & perlegi, ſed & tanquam exemplum meorum filiorum Pædagogo, atq; illud ipſis tradidi, &, quatenus erit poſſibile imitandum propoſui. Proinde non ſolum tibi, qui tam feliciter tuorum diſcipulorum ingenia excites, ſed & piæ iuuentuti, totiusq; Germaniæ Eccleſys & Rebuſpublicis gratulor, præſertim verò huic patriæ noſtræ, quod tu tanquam organum ſalutare, atq; moderator pietatis atq; literarum induſtrius ac felix nobis in his locis ad Bructerum & Herciniam ſitis diuinitus contigeris.*

*Pro quo etiam ſummo munere Deo optimo maximo ingentes gratias ago, atque viciſſim policeor, ſi in quacunq; re te tuosq;, tuamq; ſcholam eiusq; alumnos iuuare potero, me ad id ſemper ac perpetuo fore paratiſſimum.*

*Vnde non opus fuit multis à me precibus hoc contendere, quod ego in cauſa vtrinque nota præſtare poſſum, habes enim me tibi cum propter inſignes ingenij dotes, ampliſſimasq; tuas virtutes, quibus omnibus tu libenter inſeruis, me quoq; tibi omni officiorum genere ſemper deuinctiſſimum, vale. Dabatur raptim ex Heygemoda 4. Idus Octobris, Anno 1571.*

T.

Heinricus à Bila
I. V. D.

Viro

Viro in omni diſciplina-
rum genere præclariſsimo &
loctiſsmo, Domino Michaëli Nean-
dro, Rectori ſcholæ Ilfeldenſis di-
gniſsimo, Domino & amico
ſuo ſtudioſè ſemper
colendo.

S. D.

*Redditus eſt mihi liber tuus Geo-
graphicus, vir in omni diſciplinarum ge-
nere præclariſſime, ex quo tuas non modo
rofectiones, ſed diligentiſſimas locorum,
erſonarum, temporum, atq; eorundem
quoq; locorum maximè inſignium, & no-
atu digniſſimorum notationes deſcriptas
um magna animi delectatione cognoui,
liiſq; prædicaui, qui ſimul mecum con-
icuere omnes, intentiq; ora tenebant. Ne-
que dubitauimus quin totum latumq; or-
em diſcurrendo multum tu ſis, & terra
actatus & alto vi ſuperum.*

*Neq; volui committere quin etiam
oſt te eademq; loca inuiſerem & perlu-
trarem, & quæ ſcitu digniſſima eſſent co-*

 gnoſce-

*gnoſcerem. Inde per octiduum migrando ſimul totum iſtum orbem percurri, atque omnia, quæ tu perluſtraſti, diligenter ipſe quoq; intuitu perluſtraui.*

*Habeo igitur tibi ſummas atq; maximas gratias, pro hoc tuo honeſtiſſimo, vtiliſſimo, nec non iucundiſſimo labore, & quod hoc ipſo filiorum meorum ſcholulam domeſticam cohoneſtare dignatus fueris. Ipſi quoq; & ego etiam tibi tuiſq; pro hoc beneficio perpetuo erimus gratiſſimi, & quam primum tibi munuſculum aliquod, etſi huic tuo nullo modo reſpondere poſſit, pro ſignificatione tamen animi noſtri grati, conficiemus.*

*Gratias quoq; habeo, pro tranſmiſſis mihi Chronici tui retexti & locupletati aliquot pagellis. Et rogo ne hoc ipſo tuo labore tam vtili quam neceſſario perficiendo nos longius detineas, quia hoc ipſo pio tuo merito dignas vbiq; laudes tibi paraueris, & me meoſq; tibi ſemper ac perpetuo viciſſim omni officiorum genere deuinctiſſimos habebis.*

*Quo*

*Quod ſupereſt, quàm diutiſſimè ac*
*ectiſſimè vale, & me meosq́ liberos tuos*
*uoq; diſcipulos, & tui amantiſſimos a-*
*mare perge, ac tibi re commendatos habe.*
*Ex caſtro Martis.*

T.

Heinricus à Bila I. V. D.

REVERENDO ET CLA-
riſsimo Domino Michaêli Neandro
Abbati Ilfeldico, domino &
amico charo.

*Literæ tuæ initio Ianuarij datæ, clare Neander, 8. primum Martij curſore diu Dreſdæ impedito ad me ſunt delatæ, eo etiam tempore quo princeps & ego iter Francofurtum adornabamus, vbi nundinas nunquam adhuc ille inſpexit. Breuibus itaq; vt alias meus ferè mos eſt, qui mihi firmè nunc fit hecticus, reſpondeo.*

*Solicitus eram de tua valetudine quod iam diu nihil ſcripſeras, in melius tamen interpretabar, quod Thalius nullius mali, cum alias de te mirè neq; immeritò ſit ſolicitus, meminiſſet. Atq; nunc gaudeo*

 te eccleſ-

*te eccleſiæ, ſcholis, tibi, tuisq́ꝫ, mihiq́ꝫ etiam incolumem viuere.*

*In bibliotheca Electorali vidi aliquot, non puto tamen vltra 9. aut 10. libros Arabicos, quanquam dicebant tum Schonauienſem aliquos accepiſſe, vt conuerteret (quales vero aut quot neſcio) interq́ꝫ eos fortè eſt epiſtola illa ad Galatas, vti & Iunius Acta Apoſtolorum inde olim conuertit. Ita certi nihil à me præſertim iam ibi abſente cognoſcere poteris.*

*Tibi profectò nimis moleſtus ſum petendo, & tu liberalis nimis. Ago tamen tibi maximas gratias pro libellis miſſis, iamq́ꝫ me omnes habere puto, quorum conſilium tuum mentionē facit, præter Phyſicen, quam nondum puto editam. Eniteris autem vt eam quoqꝫ nobis exhibeas.*

*Initium libelli Gæographici non tantum mihi, ſed & domino Cancellario, qui heri ferè totum euoluit, placet mihi vero inprimis, niſi quod nimium me laudas. Non enim meritum eſt meum.*

*Quod cupis aliquid addi à me conſcriptum editioni alteri Chronici tui, ſcis*

*quales*

*ꝗales ſint ſcriptiones meæ, nimirum ex-
temporaneæ, quas tamen vix ſuffuror ne-
gocijs aulicis, in quibus quo ſum adhuc
verſatus minus, eo maiori temporis ſpacio
me occupant, & indies magis agnoſco te-
nuitatem meam in vtroq; literato nimi-
rum & aulico negocio.*

*Viri noſtri docti ſcriptiones tuas, &
maximos labores ſuſpiciunt, & maximi
faciunt, & mirantur tantum ocij tibi re-
liqui in talibus moleſtijs, & optarent cui-
libet noſtrorum monaſteriorum talem Ab-
batem & Rectorem. Feliciter vale, 27.
Martij. Anno 1583.*

Franciſcus à Dombſdorph.
(nobilis VVeſtphalus, mi-
niſter aliquando aulæ Ele-
ctoris Palatini, modò ve-
rò præfectus, & magiſter
aulæ illuſtriſs. Principis
Friderici Bipontini.)

IOAN-

## IOANNES LVNDORPIVS
Rector pietatis ac literarum in imperiali Gelhuſa.

Ὅσα πέριξ κόσμου πολυχανδὴς ἀμφιθάλαττον
    κύκλος ἔχει, δέλτῳ τῷδε βραχεῖ γράφεται:
ὃν νεάκεσι νέον σοφὸς ἐξεπόνησε ΝΕΑΝΔΡΟΣ,
    πουλὶ δ' αὖ θεόθεν νοῦν κτεατισάμενος.
ἔνθα ῥόος πόντου μεγακητέος: ἔνθ' ἁλιπλῆγες
    νῆσοι: αἰγιαλοὶ ἔνθα καὶ εὐκρόκαλοι:
ἔνθα πολυσπερέων ἀνθρώπων ἤθεα, ἠδὲ
    ἄστεα: ἔνθ' ὀρέων ἀκροκόμων κορυφαί:
καὶ ποταμῶν, καὶ ἀενάων καλὰ ῥεύματα πηγῶν,
    ἕρπετα καὶ ζώων καὶ πετεηνὰ γένη:
κνώδαλα θ' ὅσα περ ἤπειρος τρέφει, ἠδὲ θάλασσα:
    ἄλλα τε παντοίην χρηστὰ πρὸς ἰδμοσύνην.
πλαγκτοσύνης οὐκ ἔτι χρεώ, τὰ γὰρ οἴκοθι πάντα
    ἐστὶ μαθεῖν ταύτην βίβλον ἐλισσομένοις.

Latin

# Latinè.

QVæ triplici gremio mundi circumfluus orbis
Continet, hoc dantur cuncta videnda libro:
uem iuuenum ſtudijs multa inclytus arte Neander
In lucem, æterno dignus honore, dedit.
ic pontus: varia hîc deſcribitur inſula ponti
Hîc ſua ſunt multis nomina littoribus:
ic mores hominum varij cernuntur, & vrbes:
Suſpicere hîc montes & iuga celſa licet:
ic fluuij, hic leni fluitantes murmure fontes,
Et volucrum varium reptiliumq; genus:
tq; feræ, aut tellus, aut quas alit æquoris vnda:
Atq; alia à ſtudijs non aliena bonis.
ultiuago quid adhuc opus eſt errore? libellus
Cùm breuis hæc monſtret cuncta videnda domi.

IN OR-

# IN ORBIS TERRÆ PARTIVM ENVMERATIONEM VIRI CLARISSIMI,

## Michaëlis Neandri Sorauienſis,

Præceptoris ſui cariſsimi, necnon omni obſeruantiæ ſtudio colendi

μέλος

## IOANNIS VOLLANDI GREVSSENATIS.

ὅσις ἐελδόμενος ἐξοχοειδέος ἄκριτα γαίης
ἔθνεα, μυσάων ἀνθρώπων, ποταμῶν τε ῥέεθρα,
καλλιρόων ἐρατεινά, καὶ ἄστεα ποικιλόμορφα,
καὶ νήσους πόντοιο δυσηχέας ἀτρυγέτοιο
ἴδμεν, ἐσαθρῆσαι τε σοφοῦ βλεφάροισι νόοιο
ἱμείρεις, ὅδε κόσμος ἀπείριτος ἐντὸς ἐέργει,
κόσμος ὃν ἠπείροισιν ἐπὶ τρισσῇσι παλαιοὶ
ξυγγραφέες δάσαντο θεῶν ὑπὸ λευκάδι βουλῇ·
δέλτον ἐπαστυτέρῃσιν ὑπαὶ παλάμῃσιν ἕλιξε
ἢ νέον εἰλφέλδηθεν ὑπ' ἐς φάος ὤρνυθ' ἱκέσθαι
σπουδαῖς ὀξαλέοιο πολυκμήτοισι ΝΕΑΝΔΡΟΥ.
πολλοὶ μὲν καὶ πρόσθεν ὁμοίην ἤιον οἶμον
ἄνδρες ἐπιστήμῃσι κεκασμένοι ἔξοχον ἄλλων,

γαῖαν ἐξαφόωντε καὶ εὐρέα βένθεα πόντου.
καὶ ἀνθρώπων κλυτὰ φῦλα, περικλέας ἠδὲ πόληας,
καὶ νήσους ὁπόσῃσι μέγας ῥόος ἐστεφάνωται
κεανοῦ σελίδεσσιν ἐνὶ πινυτῇσι χαράξαι
πολλάκι ἐπειρήσαντο ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ἄροντο:
οὔνομ᾽ ἄταρ κόσμοιο μέρη διὰ δ᾽ ἀσσαμένοιο
δ᾽ ὅπως ἐξετέλεσσαν ὁμῶς σελίδας τε βίβλους τε
πολλὰς καὶ μεγάλους τὰς οὔποτε νηπυτίη φρὴν
παίδων οἱ μούσῃσιν ὀλυμπιάδεσσιν ἕπονται,
πᾶσα χαδεῖν δύναται ἀμφὶ καὶ εἰ μάλα μοχθήσαιτο.

ταῦτα δὲ πειρήσασα περικλήεντα ΝΕΑΝΔΡΩ,
μοῦνον οὖρον ὅπασσε θεὰ τριτωνὶς ἀθήνη:
καὶ πινυτὴν ἐχάραξε καὶ ἐξηνύσατο βίβλον
ο νόου σοφίης, οἵην οὐκ ἄλλος ἔγραψε
μουσάων ὑποεργὸς, ὀλυμπιάδεσσιν ὀπηδοῖς
ὠφελίμην εἰς τόσον. ὁ γὰρ θεὸς ἔργον ἀπόλλων
φοῖβος ἀεὶ προβίβαζεν ὁ καὶ σοφὸν ἄνδρα ΝΕΑΝΔΡΟΝ
ἐρίππῳ, φάτις ἐστὶ, δι᾽ αἰθέρος ὦ ἐπὶ δίφρῳ
γαγεν ἐμβεβαῶτα μετήορον: ἔνθεν ἀρούρης
εα καὶ πηγὰς ποταμῶν ἠδ᾽ οὔρεα μακρὰ
καὶ νήσους, κόσμον τε νόον δ᾽ ὁμοὺς τε πόλεις τε
φοῖβος ἀγαιομένῳ ἐπεδείξατο, θαῦμα πύθεσθαι.

κεῖνος ἄρ᾽ ἑρκυνίδων μουσῶν ὑποφῆτα ΝΕΑΝ-
ρα φέρων ξυνοῖσι φιλομμαθέεσσι μαθηταῖς: (ΔΡΟΣ
έλτον ἐὼν, κόσμου περιηγέος οἷα θέαξον,
ιον ἅπασιν ἔθηκεν ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι.

ΕΥΡΩΠΗ δ᾽ ἱερὴ πρωτόθρονον ἔλλαχεν ἕδρην
πείρων ἑτέρων μάλ᾽ ὑπείροχον εὖχος ἔχουσα,

ἡ πάρος

ἣ πάρος ἠώρησε μεγακλυτὸν οἶκον ἀνάκτων
ῥώμην ἠμήσασαν, ἰδὲ κλέος αὐσονιήων
αἰθέρος ἄχρις ἄειρεν, ὁπήνικα δ' οὖρος ἀκωκῇ
ἀντολίην λιβύην τε καὶ ἑσπερίην ἐδάμασσαν.
ἧς ἔτι κοιρανίην μηκυνέμεν ἔξοχον ἄλλων
ἠπείρων μεμαῶτες ἀγακλέες υἷες ἰβήρων,
ἀρχὴν νέην κόσμου πεῖραν γραφέεσσι παλαιοῖς.
ἄγνωστον ζοφεροῦ μετὰ κύμασιν ἀμφιτρίτης
τέτμον, ἀφ' ὧν νέος οὗτος ἐπωνυμίην φέρε κόσμος.

ΑΣΙΣ ἔπειθ' ἕπεται περιμήκετος ἠώοισι
πληθομένη λιθάκεσσιν ὁπήνικα πίονι μέτρῳ
ὧν ὄφελος θνητοῖσιν, ἀρώματα πυκνὰ φύονται,
πουλυπλῆς σακτή, σμύρνη τ' ἔμμιλιον ἄγρος,
καὶ ζόφος ἀῤῥαβίης λίβανος κεραυνοῖο θυώδης.
Τῇ δ' ἐπὶ δὴ ΛΙΒΥΗ ζώων τροφὸς αἰολομόρφων
ἡ πρὶν ἐρωμανέεσσι κεκαυμένη ἀκτίνεσσι
ἐρνυμένου φαέθοντος, ἔθ' ἀφραδίῃσι νόοιο
πατρὸς ἑοῦ θοὸν ἅρμα καὶ ὠκέας ἤλασεν ἵππους,
οὐ μάλ' ἐπιστάμενος, νοτίην ἰδὲ πεῖραν ἔφλεξε.
Εἰδήσεις ἐπὶ τοῖσιν ὅσσαι μετὰ κύμασι πόντου
ἀμφίρυται γεγάασι περικλέες ἀνδράσι νῆσοι.
τάων δ' αὖ μεγέθει τις ἠπείροχος ἔπλετο μούνη
ἥτε νέου κόσμοιο φερωνυμίην ἐλελόγχει.
ἣν ἐνιναιετάοντες ἀεικείδεες ἄνδρες ἔχουσι,
ἄγριοι οὔτε δίκας εὖ εἰδότες οὔτε θέμιστας
ἐκ διός, οἷς οὐδ' αὐτὸς ἐγὼν οὐδ' ὅσις ἑταῖρος
ἀντιάσαι θ' ὁτέῳ γε φίλος βίος ἐστ' ἐπὶ γαίης.
ἀνδρῶν γὰρ σφάζουσι τεθηλότα σώματ' ἀλοιφῇ

οὓς λο

ς λάχον ἐν πολέμῳ, πολέμου γέρας ἀργαλέοιο,
ψεα δὲ τμηθέντα βροτοῤῥαίστῃσι σιδήρῳ
ισέλη τ᾽ ἀσπαίροντα διὰ φλόγας ἡφαίστοιο
κλέες ἐκτανύσαντες ἢ ἀμφ᾽ ὀβέλοισιν ἔπειραν
μέθ᾽ ὕδασι πέψαν ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι
νς ὑπὸ νήσαντες ὅπως ποτὶ δεῖπνον ἔχουσι.
Ἦν δὲ κακὸς μετὰ λιμὸς ἀδηφάγον ἄνδρα διώκῃ.
μὰ καταβρώσκοντες ὑπαὶ γενύεσσι δαφοινοῖς
νδρὸς ἀπολλυμένοιο πεφυρμένα γούνατα λύθρῳ
ινὸν δ᾽ ἀρδ᾽ ἅπτουσι, περὶ στόμα δ᾽ ὀστέα λευκὰ
μφὶς ὀδακτάζουσι παραβλήδην κροτέοντα,
ευγαλέῳ τ᾽ ἰχῶρι περιῤῥαίνουσι γένυα.
Ταῦτα μὲν αἰνὰ πέλωρα πελώριος ἔτρεφε νῆσος
κρέος ἐν πελάγεσσι. τί δ᾽ οὐκ ἔρξαιτο κεν ἀνὴρ
χὶ θεῶν ἀλέγων μακάρων ὄπιν οὐχὶ θεμίστων.
Οἴμοι ἔχοις δ᾽ ἐλτοιο: σὺ δ᾽ ἤπιος ἀφοτέρῃσιν
ρέμμα θεῶν αἰζηὲ φιλομμαθὲς ἀγλαοδώρων,
μφαφόων, ἀμογητὶ δυσαντέα μέτρα κελεύθου
ρανύσσειας, πλώσεις τε βαθυῤῥόον οἶδμα θαλάσσης
όσφι δ᾽ ἔους: οὐκ γὰρ ῥά φόβος σοι κεῖνος ἐφῦπται
κὴν χολωσάμενος μετὰ βένθεσιν ὠκεανοῖο
ευὲς ἔλικας στροφοπῇσι θοὴν σοι νῆα κεάσῃ,
ος ἁλιπλάγκτοισι φόβος ναύτῃσιν ὀπηδεῖ,
σιν ὑπὲρ κεφαλῆς κρέμεται πέρας αἰὲν ὀλέθρου
μ πέλαγος, καὶ τυτθὸν ὑπ᾽ ἐκ θανάτοιο φέρονται:
όσφιν ἀλημοσύνης τε δ᾽ ἠπείροιο πορείην
πελέσσεις, στροφάλιγγι μιῆς ταχυδινέος ὥρης,
κλεπόρην, μούσων ἀδιναῖς πτερύγεσσιν ἀερθείς,
ιδεδιὼς, ὅσα πολλάκ᾽ ὁδοιπορέουσιν ὁδίταις

Δριμέα παρμέμβλωκεν ἀνὰ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν
οὐδ' ἄρα μὴ καὶ νόστον ἐν ἀλλοδαποῖσιν ὀλέσσε,
πλαζόμενος, πάντῃ γὰρ ἀνάρσιοι ἄνδρες ἔασιν.
καὶ τὸ τέλος δίγλωσον ὑπ' ὀφρύσι καυθὸν ἐλίσσων
Λεύσσει καὶ ποταμούς τε καὶ ἀνδρῶν ποικίλα φῦλα
ἤπειρον πόντον τε περικλύστους ἰδὲ νήσους,
ἠδ' ὅσα κάλλιμα κόσμος ἑῷ πη χώατ' ἀγοστῷ.

Ad ripas Eliſtri 6. Non. Maij,
Anno 1582.

AVTO-

# AVTORES
## ETERES ET RE-
## CENTES, DE QVORVM
testimonijs Libellus Gæographicus eſt contextus.

PHILOSOPHI GRÆCI.

lato.

Xenophon.

Ariſtoteles.

Theophraſtus.

LATINI.

Cicero.

eneca.

RHETORES GRÆCI.

ſocrates.

Demoſthenes.

Ariſtides Adrianæus.

LATINI.

Cicero.

Quintilianus.

MEDICI.

Hippocrates.

Galenus.

NOMINA
## HISTORICI GRÆCI.

Herodotus.
Thucydides.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Polybius.
Plutarchus.
Arrianus.
Antoninus Cæſar.
Herodianus.
Procopius.
Ioſephus.
Philoſtratus.
Laërtius.
Zonaras.

## LATINI.

Liuius.
Saluſtius.
L. Florus.
Suetonius.
Lampridius.

Mar-

Marcellinus.
Ammianus Alexandrinus.
RECENTES.
Blondus.
Saxo Grammaticus.
Helmboldus Presbyter.
Paulus Iouius.
Ioannes Goropius.
Rerum Hiſpanicarum ſcriptores.
Rerum Sicularum ſcriptores.
Ioannes Tilius.
Ioannes Tillius Actuarius.
Petrus Ramus.
Petrus Diuæus.
Stephanus Forcatulus.
Antonius Bonfinius.
Ioannes Cuſpinianus.
Ioannes Auentinus.
Chriſtianus Vrtiſius.
Iacobus VVimphelingus.
Albertius Crantzius.

Henricus Bebelius.
Huldericus Huttenus.
Martinus Cromerus.
Andreas Schotus.
Hieronymus Turlerus.
Petrus Bizarus.
Hubertus Folieta.
Bernhardus Saccus.
Ioannes Balæus.
Hector Boëtius.
Hieronymus Oſorius.
Pantaleon Baſilienſis.
Zacharias Riuander.
Sileſiorum annales.
Chronicon Liuoniæ.
Chronicon Oſnaburgenſe.
Chronicon Mersburgenſe.

GÆOGRAPHI GRÆCI.

Strabo.
Dionyſius Afer.
Euſtathius Dionyſij interpres.

Ptolomæus.
Strabonis Epitome.
HEBRÆI.
Beniamin Iudæus Hiſpanus.
LATINI.
Pomponius Mela.
Vadianus Melæ interpres.
Plinius.
Solinus.
RECENTES.
Abrahamus Ortelius.
Raphaël Volaterranus.
Aeneas Syluius.
Dominicus Marius Niger.
Ioachimus Vadianus.
Benedictus Arius Montanus.
Ioannes Honterus.
Guilielmus Poſtellus.
Sebaſtianus Münſterus.
Benedictus Gordonius.
Belleforeſtus Gallus.

Andreas Theuetus Gallus.
CHOROGRAPHI ET TOPOGRAPHI GRAECI.
Pauſanias.
Stephanus.
Arrianus.
LATINI.
Cornelius Tacitus.
Interpretes Thaciti.
Bilibaldus Birckheymer.
Henricus Glareanus.
Andreas Althamer.
Iodocus VVillichius.
RECENTES.
Beatus Rhenanus.
Lazius Vienenſis.
GerbeliusPhorcenſis.
Hubertus Goltzius Herbipolenſis.
Albertus Crantzius.
Saxo Grammaticus.
Hector Boëtius.
Iacobus Zieglerus.

udouicus Guicciardinus.
aulus Iouius.
aro ab Herberſtein.
ognatus Nozarenus.
euinus Lemnius.
raſmus Stella.
heophraſtus Paracelſus.
auid Chytræus.
annes Stuckius.
ernhardus Möller Monaſte-
onradus Celtes. (rienſis.
andulphus Collenutius.
lexander Guanguinus Ve-
amianus à Goës. (ronenſis.
eorgius VVernerus.
eander Bononienſis.
yriander Leandri interpres.
enricus Bunting.
annes Leo Africanus.
annes Helfrich.
ranciſcus Aluaretz Luſitan9.

Martinus Forbiſſerus, Anglu
Benzo Mediolanenſis.
Thomas Freigius.
Simon Grinæus.
Leuinus Apollonius.
Petrus Martyr.
Leonhardus Turneuſſer.
Cadamuſtus Venetus.
Chriſtophorus Columbus.
Ioſephus Indus.
Americus Veſputius.
Vartomannus.
Ludouicus Romanus.
M. Paulus Venetus.
Ferdinandus Corteſius.
Maximilianus Tranſyluanus
Antonius Vrantius, (illuſtriū
Tres tomi vrbium orbis terra
Commentarius de Alpibus.
Itinera varia Latina & Ger-
manica.

Libe

iber continens Iapaniæ deſcriptionem.
piſtolæ Indicæ.
piſtolæ Iapanicæ.
piſtolæ Aſiaticæ.
piſtolæ Tartaricæ.
olumen rerum à ſocietate Ieſu in Oriente geſtarum.
ibri aliquot continentes hiſtoriam ſtirpium & aromatum Indiæ Orientalis.
ibri aliquot continentes hiſtoriam ſtirpium & aliarum rerum Americæ ſiue Indiæ Occidentalis.

PHILOLOGI GRÆCI.

thenæus.
elianus.
uidas.
ollux.
zetzes.
ntigonus.

Lucianus.
Palæphatus.

LATINI.

Gellius.
Macrobius.
Valerius Maximus.

RECENTES.

Eraſmus Roterodamus.
Ludouicus Viues.
Philippus Melanchthon.
Caſparus Peucerus.
Gaudentius Marula.
Sornelius Gemma.
Georgius Pictorius.
Ioſephus Quercetanus.

POETÆ GRÆCI.

Sibyllina oracula.
Apollinea oracula.
Orpheus.
Linus.
Homerus.

Ieſiodus.
'ointus Smyrnæus.
\pollonius Rhodius.
'allimachus.
'heocritus.
indarus.
ophocles.
uripides.
riſtophanes.
'olumen Græcorum Epi-
grammaton.


LATINI.


'irgilius.
oratius.
)uidius.
ucanus.
lius.
atius.
ucretius.
lanilius.
'alerius Flaccus.
uenalis.


Catul-

Catullus.
Tibullus.
Propertius.
Aulus Sabinus.

RECENTES.

Mantuanus.
Georgius Fabricius.
Nathan Chytræus.
Eobanus Heſſus.
Conradus Celres.
Iulius Scaliger.
Nicolaus Carnus.
Euſtachius de Knobelsdorff.
Laurentius Rhodomannus.

POETARVM GRÆC[I]
INTERPRETIS.

Homeri Scholiaſtes.
Euſtathius Homeri interpres
celebris.
Pindari.
Lycophronis.

THEO[...]

# THEOLOGI ET PA-
TRES GRAECI.

iblía.

emens Alexandrinus.

aſilius.

azianzenus.

piphanius.

ryſoſtomus.

ſebius.

eodoretus.

neas Gazeus.

LATINI.

eronymus.

guſtinus.

bertus Magnus.

c quidam alij autores hoc loco
non commemorati.

# ORBIS TERRÆ PAR-TIVM SVCCIN-cta commemo-ratio.

LVcem affert & perſpi-
cuitatem & facilitatem multis
magnis rebus in ſacrorum libro-
rum, hiſtoricorum veterum &
recentium, & Poëtarum, omni-
ú, aliorum auctorum lectione, in omni deniq;
â, quæ multis adminiculis poſt lapſum indi-
, cognitio ſitus locorum, terræ partium, re-
num, terrarum, vrbium & gentium, quæ
nmentariorum ferè inſtar eſt vbiq; in omnis
ieris ſcriptorum lectione & explicatione, dum
imperitis eius rei obſcuras & inuolutas, gna-
& ſcientibus planas, obuias & ex omni dif-
ultate & obſcuritate euolutas & erutas ex-
bet. Quod tum diſcentes, tum etiam ante om-
docentes iuuentutem in Scholis quotidie fe-
non ſine voluptate & diſcentium vtilitate
rificè experiuntur. Nam cùm res geſtas om- 2.
m temporum & gentium euoluimus, cogi-
ioneue retexim9 ac complectimur, velut o-
lis coram intueri, quaſi in illa loca, in qui-

Cognitio locorum terræ vtilis multis modis.

*bus adminiſtrata ſingula & peracta ſunt, qu*
*tum afferat, tum perſpicuitatis hæc lux hi*
2. *rijs, minimè obſcurum eſt eruditis. Quàm g*
*tum præterea eſt bonæ menti gentium atq; i*
*periorum permutationes noſſe & migration*
*quos terræ tractus à prima poſſederint orig*
*quæuis gentes, à quibus mundi cardinibus*
*uenerint, quas occupauerint ſedes, easq; an*
*cuas repererint, vel ab alijs obſeſſas anteà*
*excultas gentibus, & ſi quas aliæ pepuler*
*ſedibus & domicilijs ſuis, quò eiectæ comm*
3. *grarint, & vbi familias inſtaurarint ſuas. N*
*hil ſuauitatis habet lectio hiſtoriarum, non*
*ficit animum, hæc ſi locorum obſeruatio &*
*titia abſit, vbi præterea id ſtudium & mori*
*varijs modis vtile eſt, & eruditionem alit,*
*doctrinæ autoritatem & opinionem in illo v*
*ſato conciliat, quod Dionyſius Poëta Afer*
*ſua orbis deſcriptione his verſibus indicare*
*luit:* ἐκ τοῦ δ' εὖ γεραρός τε καὶ αἰδοιέστερ
εἴης Ἀνδρὶ παρ' ἀγνώσσοντι πιφασκόμ
νος τὰ ἕκαστα. *Nam* ἐν μεγάλῳ τί
ται, *ſcripſit Strabo, mox in principio G*
*graphiæ ſuæ,* τὸ πολλῶν ἴδεν ἄστεα καὶ ν
tuæ idolorum conficiebantur, ſanguine de dibus multorum millium infantum hauſto expreſſo macerabatur, quòd aliter ſtatuæ Sathanæ κακοχάϛτῳ rectè confici non poſſ Quid enim Sathan hominibus perſuadere poteſt, ſine verbo manentibus, quod ſolum lucerna pedibus noſtris? Emporium autem vrbs Temixtitan inſtar Venetiarum nobili mum, Anno 1519. Carolo V. ſubdidit Fer nandus Corteſius. Hodie magna parte ab ſpanis colitur vndique aſperrimis & altiſſi montibus circundata.

Sacrificiorum Inſulæ.

America etiam accenſentur Sacrificior Inſulæ. nomen illis indidit ritus nefandus In lanorum, quippe qui marmoreis ſuis Deis pr ſuas immolant, primum pectore aperto cor e unt, eiusq́; ſanguinem labijs Deorum ſuorum linunt, exta igni coniecta comburunt, alio gens placida, quod ſcribitur, & benigna, g dum longitudinis illæ Inſulæ habent 268. la tudinis 23.

Per

Peruuia autem omnium, quæ hactenus in- Peruuia.
a ſunt, cum auri tum aromatum ditiſſima
. Hic namq; auri & argenti tanta vis eſſe
itur, vt etiam vaſa in contemptiſſimum v-
deſtinata inde conflentur, ac in ciuitate
dam eius, quæ Callao dicebatur, autore Ap-
io in Coſmographia ſua cap. de America,
us tota aureo tecto reperta ſit.

Caput Peruuiæ vrbs Cuſco eſt adeò Cuſco vrbs
ita ciuitas & pulcra, vt cum munitiſſimis pulcra Pe-
ulcerrimis vrbibus Hiſpaniæ certare poſſit; ruuiæ.
modo id proditum reperitur in primo tomo
ium orbis terræ illuſtrium. Sita autem eſt
uuia in littore Occidentali ſub longitudine
duum 290. latitud. 8 9 10.

(Longiores autem deſcriptiones
ui orbis Americæ vicinarum regio-
m & terrarum, in Oriente etiam in
dia & Indico Oceano repertarum
tant & leguntur in volumine, quod
ouus orbis inſcribitur, editum ali-
ando cum præfatione Simonis Gry-
æi, & cum Prolegomenis Munſteri,
deſcriptiones nauigationis vario-
m autorum ad varias terras conti-
et. Inter eas ſunt etiam Cadamuſti
eneti, Chriſtophori Columbi Ge-
uenſis, Ioſephi Indi Americi, Veſpu-

tij, Vartomanni Ludouici Roman
tricij, M. pauli Veneti, Ferdinādi C
teſij nauigationes & narrationes.
ximiliani item Tranſyluani de Mol
cis Inſulis Epiſtola. Et quædam ſi
les hiſtoriæ & narrationes aliæ,
& profectiones ad terras varias &
ſcriptiones earundem luculētas c
tinent, & nauigationes ad Nigr
Nouæ Africæ & veteribus incogni
gentes Afros, Arabes, Calecutio
Indos, & Indianas inſulas habet,
multa alia his ſimilià complectit
Deſcripſit præterea Americam lib
Benzo Mediolanenſis: Floridam
1. Canarias etiam ſiue fortunatas,
ëtarum Paradiſum libro vno. Peru
am Leuinus Apollonius eloquentiſ
mus ſcriptor libris 5. deſcripſit.

Extant etiam Petri Martyris M
diolanenſis de rebus Oceanicis & N
uo Orbe Decades 3. ſiue libri 30. cu
quibus adiuncti etiam ſunt libri er
ditiſsimi de rebus Aethiopicis, Ind
cis, Luſitanicis & Hiſpanicis opuſc
la doctiſsima, inter quæ etiam eſt l
ber de Imperio Luſitanorum in Or
ente.

Inſun

Inſunt quoque de rebus Indicis
Orientalibus, multa in volumine
um à Societate IESV in Oriente
arum. Libris item quinque Epi-
arum Indicarum & libris totidem
ſtolarum Iapanicarum, cum qui-
adiunctæ ſunt etiam Epiſtolæ Aſi-
æ 3 Tartaricæ itidem à Ieſuitis ex
ente in Europam ad amicos & ſui
inis ſocios ſcriptæ, ſingulæ lectu
ndæ, & vtiles.

Huc etiam pertinet Hieronymi
orij Luſitani de rebus Emanuelis
gis Luſitaniæ domi foriſq; geſtis
nis ſex & viginti, libri 12. doctiſ-
i & ſuauiſsimo orationis genere
oſiti & conſcripti, quibus potiſsi-
m ea, quæ in Africa & India bella
ſit, explicantur, & multæ ibi regio-
, terræ, vrbes & Inſulæ deſcribun-
, & quales terræ illæ ſint, luculen-
exponitur.

Ac eorum etiam libri, qui Aroma-
m & ſimpliciū aliquot apud Indos
ſcentium Hiſtoriā ſcripſerunt, ter-
rum orientalium & inſularum mul-
ū aliquando etiam non modò me-
nere, ſed etiā longiores expoſitio-
s addunt. E quibus omnib, aliquan-
do lon-

do longior expoſitio poteſt peti a
dulcioribus eorum, quæ in hoc lib
breui adoleſcentibus παχύτερον κα
γροικότερον ſunt tradita.

Vniuerſam præterea reperti n
Orbis hiſtoriã fertur deſcripſiſſe
dericus Furius Cœriolanus, Vale
nus vir nobilis & eloquentia, prud
tia, doctrinaq́ præſtantiſsimus i
Philippi Hiſpaniarum Regis, ea
hactenus ab exordio ad annum Ca
li V. Imperatoris vigeſimum prim
libris 29. produxiſſe, quod tum
viri magni ac eruditi nobis retule
tùm etiam id refert Ioannes Mete
Iureconſultus, in præfatione illa
luculenta in libros 12. Oſorij de r
Emanuelis Luſitaniæ Regis.)

Inſulæ maris Caſpij. Inſula Talge.

*In mari Caſpio ſunt Inſulæ Helades, C
pe & Talge, Pomponio ſine cultu fertilis
mniq́ fruge ac fructu abundans, ſoli ta-
men quàm cœli melioris, atque
vt fœcunda ita penè
peſtilens.*

INS

# NSVLAE MARIS MEDI-TERRANEI.

## T PRIMO MAIO-RES INSVLÆ,

Orſica, quæ & Cyrnus, olim Plinio 30. vrbes complexa. nunc ad vnam redacta. Dionyſio ὕλη ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσσον ὅσσον ἐκείνη, clano generoſiſſimo. Tenent eam hodie Genus Itali. Corſica clara vino generoſo.

Sardīnia, longitudo eius continet ſex di- iter, latitudo, vbi anguſtior eſt, patet iti duorum dierum equiti. Abundat tota infrugibus, pecore, equis generoſiſſimis, tritiino, thermis, argenti fodinis, & cunctis itæ vſum neceſſarijs. Longitudo atque latitudo Sardiniæ.

Vrbs eius Primaria Calaris, habens um, in quo ſemper varia nauium genera inuntur, vltro citroq; in Occidentem & Otem abeuntia, merceſq; varias afferentia. Portus plenus ſemper nauibns.

Ruſtici diebus feſtiuis, peracta & audita ſa, totum illum diem & noctem in templo iendo, conuiuando, commeſſando, & ſaldo conſumunt. Ruſticorum Sardiniorū mores.

Sacer-

Sacerdotes Pontificij Sardiniæ.

*Sacerdotes autem Sardiniæ, ſcribit Mü*
*rus, indocti ſunt, & quia Pontificij, ſunt c*
*binarij. Maiorem dant operam procreandis*
*ris, quàm legendis libris.*

Sicilia Græcorum colonia. Sicilia olim continens. Sicilia horreum populi Romani. Sicilia Trinacria dicta.

Sicilia *Straboni olim* μεγάλη ἑλ
*quòd, vt Solinus ſcribit cap. 1. in hanc pl*
*Corinthiorum, Argiuorum, Iliensium, Do*
*um, Cretenſium confluxerint.* Ἰταλίας ἀ
ῥωξ, ἀπόσπασμα ἠπείρου, *ſicut multæ ali*
*ſulæ* καὶ ταμιεῖον τῆς ῥώμης. *Straboni, h*
*um populi Romani, cella penuaria Reip*
*Romanæ, nutrix plebis Romanæ Ciceroni.*
*nacria etiam dicta Trinacris & Triquet*
*triangulari ſpecie tribus promontorijs in*
*excurrentibus, & Sicania Thucydidi. Oui*
*4. faſtorum:*

*Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in a*
*Trinacris à poſitu nomen adepta loc*

*Tria illa promontoria autem, vnde T*
*cris Sicilia dicitur, ſunt Pelorus, Pachyn*
*Lilybæum.*

Archimedes, Hieron, duo Dionyſij Syracuſani.

Vrbs Syracuſæ, *vbi Ciceroni & S*
*etiam cum hyberno conduntur ſerena n*
*nulla non die Sol eſt. Ac ſunt Syracuſa*
*ab Archimede ingenioſiſsimo Geometra,*
*rone laudatiſsimo Principe, quem prædica*
*nophon in Hierone ſeu Tyranno Agat*
*Rege figuli filio, duobus etiam Dionyſijs*

& minore, patre & filio, Syracuſani etiam Epicharm9
runt Epicharmini, qui, quo nomine Theo- Comicus.
us eum in Epigrammate laudauit, πολλὰ γὰρ
σιμα εἶπε, ac Philemon veteres & ſapien- Philemon Comicus.
Poëtæ, quod fragmenta illorum docent, re-
iæ veteris eruditæ ſapientiæ, & Theocritus,
us dulciſſima Idyllia plurima adhuc ſuper-
t, & in Scholis & Academijs ſtudioſis ado-
entibus cum fructu enarrantur. Agrigen-
, vbi Phalaridis tyranni, & Perili fabri A- Phaleris. Perillus.
nienſis fit mentio,

Leontium patria Gorgiæ Sophiſtæ, cu- Helenæ laudatio.
xtat etiamnum Helenæ laudatio in volumi-
mplo Græcorum oratorum duodecim, quos
us olim de Bibliothecis manuſcriptis primus
duxit.

Catina. Eius vrbis ciuis fuit Galeottus Exemplum ſtupendi roboris.
rdaxes, quem Aretius Siculus in deſcriptione
liæ ſcribit robore tanto fuiſſe, vt illo fretus
num ligno onuſtum manibus à terra ſuble-
ret. Equum verò abſq; freno incitatiſſimè
rentem tranſuerſum lignum complexus, co-
cruribusq; ſiſteret.

Meſſana. Ibici Lyrici Poëtæ patria, cu- Ibycus Poëta Lyricus.
interfectores prodiderunt grues, quemad-
dum ille ipſis prædixerat, & poſt Plutar-
um hoc dulciſſimo verſiculo Auſonius Poëta
licauit: —— Ibycus vt periyt vindex fuit
uolans grus.

Vrbes

Sicilia hodierna. *Vrbes autem Siciliæ ſeptuaginta duas*
*nij ætas numerauit, hodie duodecim, eius*
*ſcopatus feruntur longè patentibus diaceſ*

Diodori Siculi Bibliothecæ lib. 40. *Siculi etiam fuere Diodorus, qui Sic*
*cognominari ſolet, & poſtquam annos trig*
*peregrinando conſumſiſſet, hiſtoriam om*
*gentium à conditis rebus humanis, vſq; a*
*lium Cæſarem 40. libris Bibliothecæ ſuæ*
*pletis & admirandæ condidit, & redim*
*viris eruditis multo auro, ſi tota & integra*
*taret.*

Ambitus Siciliæ. *Thucydides lib. 6. ſcribit ambitum Si*
*non multo minorem eſſe octo dierum iti*
*Tantaq; cùm ſit, tamen tantùm 20. ſtadi*
*interuallo dirimi à terra continenti.*

Montes: Ætna *flammiuomus.*
*maximè memoratus ob delubrum Veneri*
*Aenea, quod ſcribitur conditum. De quo S*

Templum Publicæ Veneris. *bo lib. 6.* ὁ ἔρυξ λόφος ὑψηλὸς ἱερὸν ἔ
Ἀφροδίτης τιμώμενον, διαφερόντως ἱ
δούλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιὸν
ἀνέθηκαν κατ' εὐχὴν οἵ τ' ἐκ τῆς σικιλία
ἔξωθεν πολλοί, νυνὶ δ' τὸ ἱερὸν καὶ τῶν ἱε
γυναικῶν ἐκλέλοιπεν τὸ πλῆθος.

(Longior deſcriptio Siliciæ, &
ſtoria eiusdem copioſior reperitu
opere hiſtorico, in quo Sicularum
rũ aliquot eruditi ſcriptores con
ſt

& Francofordiæ à VVechelo excuſi
nt. Inter eos etiam ſunt Cl. Marij.
etij Siciliæ Gæographia. Hugonis
lcari de Siciliæ calamitatibus, &
omæ Fazelli Siculi, de rebus Siculis
ecades 2. ſiue lib. 20.)

Creta heca-
tompolis o-
lim.

Creta *Cypro ſimilis,* μακαζόνησος, *So-*
*,Mela,& Virgilio centum olim vrbibus ha-*
*ata, vnde* ἑκατόμπολις, *nunc ad tres ada-*
*.Dionyſio Afro* Διὸς μεγάλοιο τιθήνη, *id eſt,*
*omodo Ouidius reddidit:*

Sepul-
chrum &
Epicedion
Iouis.

*—Creta nutrito terra ſuperba Ioue. In qua*
*ulchrum Iouis oſtenſum fuiſſe, cum hac in-*
*iptione:* ὁ ζεῦς τοῦ κρόνου. *Suidas ſcripſit,*
*ria. Epimenidis Cretenſis, cuius verſus de*
*etenſium moribus D. Paulus in Epiſtola ad*
*tum recitat:* — Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ
ρία, γαστέρες ἀργαί. *Ac in Epigrammate Leo-*
*læ, quod lib. 3. Epigrammatum Græcorum*
*itur:*

Cretenſium
mores im-
probi.

εἰ λῃσταὶ καὶ ἁλιφθόροι οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες τίς κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην.

Herba ἄλι-
μος fa-
mem diur-
nam prohi-
bet.

*Solinus ſcribit, naſci ibi herbam* ἄλιμον,
*a admorſa diurnam famem prohibeat.*

*Hoc etiam autores de Creta prodiderunt,*
*òd noctuam non habet, & quòd moritur quan-*
*inuehitur.*

*Cætera quæ hoc loco de Creta hodierna*
*ci poſſent, ex deſcriptione viri cuiusdam eru-*

 *diti,*

*diti, qui nuper inde rediјt, & quam ad nos*
*ſit doctrina, ingenio, iurium atq; linguar*
*cognitione clariſſimus Vir, D. VVolffgan*
*Finckeltaus, Iuris vtriusq; Doctor, Profe*
*Græcæ linguæ in Stiria, & curiæ prouinci*
*Græciæ aduocatus iuratus, noſtri amans & ſt*
*dioſus, & qui ab illo tempore, quo principia p*
*tatis & linguarum in Schola Ilfeldenſi didici*
*nos amare, laboribus noſtris fauere, ac nu*
*quam nobis benedicere deſijt. Verùm, quia pr*
*peramus ad finem, ac quàm breuiſſimum illu*
*libellum eſſe cupimus, narrationem illam*
*Cretæ hodiernæ, quamuis dignam, quæ in p*
*blico legeretur, hoc loco non putauimus eſſe i*
*ſerendam, ſed reijciendam ad aliam occaſi*
*nem communicandi illam cum ſtudioſis adol*
*ſcentibus.*

VVolffgangus Finckeltaus Northuſanus, Iuris vtriusq; Doctor.

Deſcriptio Cretæ hodiernæ.

*Ab Hieroſolymis autem Creta abeſt i*
*teruallo milliarium 150. complexa in ambi*
*milliaria 147. in longitudine 50. in latitud*
*ne 12.*

Creta quo interuallo diſtet ab Hieroſolymis.

Montes: Ida.

Ida mons Cretæ.

Cyprus *complexa Solino olim noue*
*regna, Straboni* ἔυοινος καὶ ἐυέλαιος
τῷ τε αὐτάρκει χρῆται, *non ſine cauſa veter*
*bus Macaria dicta, nunc quoq; ad tres vrbes r*
*dacta, & annis ſuperioribus è manu Venet*
*ru*

Cyprus.

Venetis à Turcis erepta.

per Selymum Turcicum Imperatorem ex-
ta.

Vrbes eius primariæ ſunt hodie Fama-
ſta & Micoſia. Salamis, quæ poſtea Con- Salamis vrbs Cypri.
tia Cypri nuncupata fuit, condita olim à
ucro fratre Aiacis Telamonij Achillis patrue-
ule. Epiſcopus eius fuit Epiphanius Græ- Libri Epiphanij doctiſſimi ſcriptoris.
ſcriptor valde eruditus & πενταγλωττος
nominatus, cuius tum alia Græca ſcripta e-
ita exſtant, tum etiam opus egregium con-
80. hæreſes. Cypri Epiſcopus etiam fuit Spiridion Epiſcopus.
ridion (cuius multa eſt mentio apud Euſebi-
) qui Concilio Niceno interfuit cum cæteris
8. Epiſcopis ex orbe terrarum contra Ari-
conuocatis. Straboni Cyprus complectitur
circuitu 342. ſtadia, quæ faciunt milliaria
07. Abeſt à Cilicia vno tantùm milliari, &
o quadrante. Hieroſolymis verò abeſt 40.
illiaribus.

Eubæa modò Nigropontus. Vrbs Ere- Eubea ſiue Nigropontus.
ia patria Simonidis Lyrici Poetæ. Chalcis
tria Iſæi Rhetoris, clara etiam morte Ariſto-
lis extincti ibi mœrore, cum cauſas Euripi ſi- Variæ opiniones de morte Ariſtotelis.
e maris reciprocantis ſepties die ac ſepties no-
te non poſſet reperire. Tametſi Suidas non
mœrore animi, ſed veneno ipſum exſtinctum
rodat. Laërtius autem morbo, Ioannes ve-
ò Brodæus, vir doctiſſimus, & lectionis ſtu-

*pendæ, ex Iuſtini Martyris ac Philoſophi ſen-tia ſcribit, Ariſtotelem præcipitem ſe in Euri-proieciſſe, ſuperatum ab Euripo, cùm cogita-illum exhaurire & abſcondita eius inueſtig-non poſſet.*

*Chalcidis ciuis etiam fuit Lycophron P-ta, cuius exſtat admirabile illud & obſcuri-mum Poëma Caſſandræ, illuſtratum erudito luculento Græco, Commentario à Tzetze Gr-co ſcriptore, viro multifariam doctiſſimo. Il-Poëma, Caſſandram inquam, Lycophronis, ſic & Apollonij Rhodij libros quatuor Argonauti-hiſtoriæ, Pindari etiam Odarum libros quatuo-& Idyllia cum his Theocriti, nos aliquand-Græco Latinos fecimus: Argumentis etiam Gr-colatinis, atq; vtilibus explicationibus obſcu-pleraq; ipſorum carmina illuſtrauimus. A Sta-autem Latino Poëta, Lycophron ater: à Græ-σκοτεινὸς dicitur.*

Mons Eubææ Caphareus, *Græcor-ex Ilio redeuntium clade nobilis, ob interf-ctum ad Troiam Palamedem πάνσοφον ἀ-δόνα, Euripidi Nauplij Eubææ Inſulæ Regis-lium.*

Lesbos vino generoſo elata.

Iuxtaq; Lesbos *vino generoſo præſta-patria Theophraſti Philoſophi, cuius ſcrip-Græca Philoſophica, Phyſica & Metaphyſica v-ria adhuc reperiuntur in publico.*

De Et

*De Eubœa ſcribit Procopius Græcus ſcri-r in libro de Iuſtiniani Imperatoris ædificijs inter alia commemorat olim vnam terram ſſe Bœotiam (de qua ſuprà in Græcia dictum) atq; Eubœam, poſtea verò irruptione vn-rum à continente diuulſam, Inſulam factam fretum inter vtramq; terram, quod Euri-s dicitur.* Eubæa olim continens.

*Hocq; modo etiam Italia à Sicilia, ſic Aſia Europa intercurrente Oceano diuulſa. Ita ſbos Inſula à monte Ida diſiecta. Oſſa mons à acedonico Olympo abruptus Peneo flumine in-rfluente, ſicut eodem modo quoq;, quod dictum, Eubœa à Bœotia fuit diuulſa.* Terræ Inſulæ factæ.

# NSVLÆ MARIS MEDITERRANEI MINORES.

N mari Iberico Pithiuſæ. Inſulæ maris Iberici.

In Tyrrheno, Pithecuſæ, Sirenum *iam Inſulæ & Strongile.* Inſulæ maris Tyrrheni.

Hinc Siciliam verſus Æoliæ, *quòd linio teſte, Iliacis temporibus Aeolus ibi regna-it. Ephæſtiades etiam & Vulcaniæ dictæ. In driatico ſiue Veneto, Inſulæ toto numero ſexa-inta, quibus intereà duodecim additæ fuerunt. nter illas ſunt etiam Diomedeæ.* Aeoliæ, quæ & Vulcaniæ. Maris Adriatici Inſulæ.

In Ionio Corcyra, *quæ & Phæacia no-* Maris Ionij Inſulæ.

*ta ex Homero & Argonautica hiſtoria, hoſpi*
*litate Alcinoi & hoſpitio Vlyſsis, Iaſonis T*
*ſali, & Medeæ Cholchicæ nuptijs. Et iuxta C*
*cyram multa alia, ſed Straboni* ὀυκ ἄξια μ
μῆς. *Echinades, Cephalenia, Dulichium, It*
*ca, Vlyſsis & Penelopes domus ac ſedes. It*
*cenſis fuit Phemius præſtantiſsimus ille Poët*
*Muſicus, quem Homerus in Odyſſea ſua c*
*brat.*

Phemius Ithacenſis Poëta.

Zazynthus *magnifica & fertilitate p*
*cipua Plinio.*

Strophades.

Strophades, *quas tamen Apollonij*
*terpres in mari Siculo, Higynus in Aegæo, V*
*gilius in Ionio ponit, vbi & nos ponimus, & ve*
*am petimus, ſi in tanta varietate & multitud*
*locorum nos quoq; alicubi, memoria lapſi, er*
*uimus, neq; vnumquodq; ſuo loco commemora*
*mus, cum in tanta rei inſolitæ difficultate, a*
*quando errare à ſcopo non malitiæ, ſed huma*
*imbecillitati aſſcribendum ſit. Et tribuent, don*
*bunq; ſtudioſi adoleſcentes noſtris occupation*
*bus multis, quibus diuerſimodè diſtracti ſumu*
*aliquando exſpectationi ipſorum reſpondere n*
*poſſumus.*

In tanta rerum varietate errare pronum.

Et Chios, οἴνῳ ἀρίςῳ, *vt libras ibi ſ*
*aliquando racemi pendant Straboni, & pue*
*lis forma præſtantiſsimis &* θεοεικέλοις *pr*
*ſtat, quod in Gallica quadam legatione comm*
*moratur, perdicibus etiam abundat maximo n*
*me*

Chios præſtans vino, & puellis, & perdicibus cicuribus.

ro cicuribus in agros ad paſtum excurrenti-
, redeuntibus & paßim per plateas palan-
us.

Circa Tænarum Promontorium, Cythe-
, vbi templum, Pauſania ſcribente, Veneris
aniæ ἁγιώτατον & vetuſtißimum cerneba-
r, vnde Venus Cytheræa, Porphyris etiam &
ορφυρȣ̃ς Ariſtoteli, à purpurarum illic præ-
ntißimarum captura, in quo Deæ ſimula-
rum indutum armis conſpiciebatur, cum hac
ſcriptione: τὰρ χε̃ιρα πολιφέροντα δ' ȣ̃ τλῶ
χων ἐπικαλε̃ιν.

Veneris Vraniæ templum vetuſtiſſimum.

Venus armata.

Inde Salamis Regia ſedes Telamo-
s, patris Aiacis Telamonij Athei, excidio claßis
erſicæ nota.

Salamis patria Aiacis Telamonij.

Ægina domus Aeaci patria Pauli Aegi-
tæ Medici, cuius ſcripta Græca etiam nunc
ſtant, & Epitome ſunt librorum luculento-
um Galeni.

Pauli Aeginetæ Medici Græci libri.

In Myrtoo Sporades, de quibus ſunt
s, Gyaros, Pathmos, Calydne, Aſine.

Inde Cyclades quinquaginta in mo-
um Cycli, circa Delum Inſulam ſitæ. De il
s celebratiores ſunt Seriphos, Naxos, Hero-
oto lib. 5. μεγέθει μὲν οὐ μεγάλη, ἄλλως τε
αλὴ τε καὶ ἀγαθή. Plinio Dionyſias à vinea-
um fertilitate. Alijs etiam Sicilia minor di-
a.

Cyclades quinquaginta.

Minor Sicilia Naxos.

Delos Cycladum media, à templo Apollinis

Delos in-

 & mer-

clyta mercatu mancipiorum.
Romani multi ſerui.

*& mercatu Plinio celebrata, quam Strabo* ἐ
*πόρειον μέγα καὶ πολυχρήματον nuncup*
*maximè mancipiorum, quæ ibi in Italiam cel*
*rimè diuendebantur, cum Romani euerſa C*
*thagine & Corintho, diuites facti multis ſeruis*
*terentur. Ac inde prouerbio locum datum, ſcri*
*Strabo: Mercator nauiga, & expone, iam o*
*nia venundata ſunt:* ἔμπορε κατάπλευσον, ἐξ
λε, πάντα πέπραται. *Eius Virgilio lib. 3. A*
*neidos fuit Rex Anius. —— Rex idem homin*
*Phœbiq; Sacerdos.*

Anius Rex Deli.

## Paros. Andros.

Lemnus.

Intus in Ægeo Lemnus, *nota à ter*
*Lemnia, de qua Galenus multa. Dioſcorides*
*eius doctiſsimi interpretes. Lemnij fuêre d*
*Philoſtrati Græci valdè eruditi ſcriptores. Se*
*oris exſtant etiamnum lib. 8. de vita Apollo*
*Tyanæi, qui diſcendi cauſa totum terrarum o*
*bem peragrauit, quæ ibi copiosè commemora*
*tur. Heroicæ item Icones, & vitæ Sophiſtaru*
*in duos libros diſtinctæ. Iunioris autem nihil h*
*betur præter Icones, quæ ſunt accuratæ, elega*
*tiſsimæ, & tanquam depictæ variarum rerum f*
*rido ſtylo deſcriptiones. Illi verò libri cum Cal*
*ſtrati deſcriptionibus olim Venetijs ab Aldo*
*folio ſeorſim, tum etiam vnà cum Luciano exc*
*ſi fuerunt.*

Duo Philoſtrati egregij Græci ſcriptores.
Apollonius Tyanæus Philoſophus.
Icones Philoſtrati.
Calliſtrati deſcriptiones.

Taſſo

Taſſos, Samothrace, *ſiue Samothracia* *na Thracia Inſula à Samijs incolis ſic nun*-*ta, cùm primò Dardania diceretur.*

Tenedos, *vbi Athenæo lib. 13. Dipnoſo*-*ſtarum ex Nymphodori Aſiæ nauigatione* *lente, omnium pulcherrimæ reperiebantur* *ieres.* Tenedos clara pulcherrimis mulieribus.

Calauria, *vbi templum Neptuni, in quo* *noſthenes venenum hauſit è calamo, dum ab* *ibus ad mortem quæritur.* Demoſthenes haurit venenum.

Samos, *de qua feraciſſima dicebatur,* *abone teſte,* ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα, *ilis Pythagora ciue & Philoſopho, præ cu*-*Schola præſcriptum fuit:* —— Ἀείσω συνε-*ῖς,* θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, *Apelle picto*-*& Polycrate Rege diu fortunato, ſed tamen* *ndem ſtrangulato & ſuſpenſo ab Oroëte Sar*-*um in Lydia præfecto, de quo multa Hero*-*tus.* Samos feraciſſima. Inſcriptio Scholæ Pythagoreæ. Polycrates Samius.

Et Cos *clara Hippocrate Medicorum Prin*-*pe, cuius opera Græca Philoſophica, Phyſica, &* *edica vno volumine excuſa habentur,* εὔκαρ-*πος* πᾶσα. *Straboni* οἴνῳ δὲ καὶ ἀρίστη, κα-*ἐπὶ τῆς* χῶρας καὶ λέβος. Hippocrates Medicorum Princeps.

*Vrbs eius Inſulæ Cos, in cuius ſuburbio Ae*-*ſculapij templum fuit, valde inſigne* ἀσκλη-*πιεῖον, valde* ἔνδοξον καὶ πολλῶν ἀναθημά-*των* μεστόν. *De illo templo Plinius lib. 29. ca*-*pit. 1. cum fuiſſet mos in templo Aeſculapij* Aeſculapij templum.

 *ſcribe*-

*ſcribere quid auxiliatum eſſet, vt poſtea ſi*
*tudo proficeret exſcripſiſſe traditur ea, H*
*crates genitus in Inſula, atq; iam templo*
*mato inſtituiſſe Medicinam hanc, quæ Cli*
*vocatur.*

Venus Apellis emergens è mari.

*Venus item emergens è mari* ἀναδυομ
ἡ ἀφροδίτη *Apellis opus in Cos poſita cern*
*tur, pro qua à Romanis tranſlata remiſſa*
*centum talenta ex imperato illis tributo.*

(Latinus autem Hippocrates M
dicis dicitur Aurelius Cornelius C
ſus, quod Hippocratem ferè totum
Latinam linguam conuerterit, & M
dicinam omnium Latinorum Princ
ita abſoluerit, vt æmulari potius m
quàm aſſequi parem laudem poſſe
Eiuſdem Medicinæ libri 8. adhuc
cuſi habentur.)

Quatuor Scholæ ſiue Academiæ veteres celebres.

Coloſſus ſolis Rhodius.

*Rurſus in exteriori* Carpathos, *quæ m*
*ri Carpathio nomen dedit: Et* Rhodus *Inſ*
*eſt & eius* Vrbs Rhodus *amœnitate cœ*
*peritia rei naualis, ſtudijs eloquentiæ, ſplendo*
*ſerenitate Solis celeberrima, celebris etiam*
*lim ab Academia Schola vnà cum Maſſylien*
*Athenienſi, Alexandrina & Tharſenſi celebe*
*rima, & Coloſſo ſolis æneo, quem Strabo fui*
*ſcribit vnum* τῶν ἑπτὰ θεαμάτων *occupata*
*Solymanno Turcico Imperatore auo Amurat*

*tert*

*ij, qui nunc rebus Turcicis praeſt quemad-*
*lum Sybilla lib. 4. oraculum ſanctorum pa-* Sybillæ de
*n diſcipula iam olim prædixerit : ——* ἥξει Rhodio.
ῥοδίοις κακὸν ὕστατον ἀλλὰ μέγιστον. *So-*
*cœlum nunquàm ita in Rhodo nubilum eſt,*
*n ea Sol non ſit.*

*Rhodium ſe nuncupauit Apollonius, qui ſo-* Argonauti-
*hactenus ſupereſt poſt Pindarum de Græcis* ca.
*tis, qui Argonautica ſcripſerunt. Habentur* Apollonius Rhodius.
*Argonauticorum libri quatuor.*

*Rhodi vrbs fuit etiam* Lindus, *vbi Palla-* Lindiæ Pal-
*Lindiæ inſigne templum fuit* ἱερὸν Ἀθηνᾶς ladis tem-
*δίου (vt Strabo nominat)* ἐπιφανὲς τῶν δα- plum.
ϊδων ἵδρυμα. *Ac fuit Patria Cleobuli, qui* Cleobolus
*n ſeptem illis, qui ſapientes olim dicebantur,* Lindius.
*numerari ſolet.*

*Idem Strabo lib. 14. Geographiæ ſuæ ſcri-*
, ἐν ῥόδῳ χρυσὸν ὑσθῆναι *auro pluiſſe* φασὶ. In Rhodo
ζεἴρηκε πίνδαρος, *id eſt, opulentam fuiſſe* pluit au-
*ſulam, vnde & Homerus fecerit,* καί σφιν θε- rum.
σπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων. *Et Che-*
*loniæ.*

*In Aegypto* Pharos *Pomponio nunc ponte* Pharos Ae-
*lexandria coniuncta, Homeri autem ætate cur-* gyptia.
*tridui inde abducta.*

*In Propontide* Proconeſus & Perin-
thus *clara Amplitheatro ſolidi marmoris, quod* Amplithea-
*ter orbis miracula ſpectatum fuit, vt teſtatur* trum ſolidi
*Marcellinus lib. 22.* marmoris.

*In*

Chalceritis. *In Ponto Plinio eſt* Chalceritis, *M*
*ſacra, Aria inde dicta, vbi & aues, quæ ad*
*pinnarum quaſi telorum iactu hoſtiliter im*
*bant.*

Achillæa. Peucetis. *Mela Achillæa dicta, ab A*
*in ea ſepulto.*

Symplegades. *In Euxino* Cyaneæ, Planetæ & S
plegades, *ſiue concurrentes dictæ,*
*paruo diſcretæ interuallo ex aduerſo int*
*tibus geminæ cum ſint, paulum deflexa*
*coëuntium ſpeciem præbeant, vt Plinius d*
*prodidit, & Pindarus 4. Ode Pythiorum m*
*nit.*

Frigus immenſum. *In Mæotide paucæ ſunt Melæ, eæq́; fer*
*cultæ propter frigus immenſum. Nam in or*
*paludis tantam vim glaciei eſſe tradidit St*
*lib. 2. vt etiam hydriæ æreæ frigore diſcin*
*tur, quod annotatum fuiſſe in templo Aeſcu*
*ipſe refert ex Eratoſthene, & habet Septent*
*nalis hiſtoria Olai Gotthi de tali frigore m*
*ſimilia exempla.*

*Sunt terræ & Inſulæ plures aliæ, aliqua*
*iam nec dum cognitæ, aut ſatis vllis ætatibus*
*ueſtigatæ, quas recenſendo ſingulas complecti*
*mo poteſt.*

*Cætera, quæ in his breuibus pagellis non*
*commemorata, neq́; ſatis expoſita, petent &*
*ſcent aliquando adoleſcentes ex ipſis fonti*
*vnde riuulos hoſce noſtros deriuauimus.*

Or

*Orbem namq; veteribus notum deſcripſe- Græci Gæographi, Strabo lib. 17. Ptolomæus bone recentior lib. 8. Dionyſius Afer Poëta ı. qui exſtat cum copioſiſſimis & eruditiſ- Commentarijs Græcis Euſtathij Epiſcopi ſſalonicenſis. Et Latini autores: Plinius lib. omponius Mela lib. 3. Solinus* πολυΐςωρ *Pli- bbreuiator, in mundi memorabilibus capiti- non paucis.*

Veteris orbis deſcriptores veteres.

Commentarij copioſi in Dionyſium Euſtathij.

*Recentiores autem Dominicus, Marius Ni- Venetus lib. 11. Raphaël Volaterranus lib. Sebaſtianus Münſterus lib. 6. vbi tamen ferè Germania explicanda præcipua opera poſita . Ioachimus Vadianus lib. 3. Aeneas Syluius ropam tantum & Aſiam deſcripſit, Africam ò dimiſit.*

Veteris orbis deſcriptores recentes.

*Et exſtant præter Theatrum orbis Abra- ni Ortelij opus ſtupendum & verè ſpectabile aliquot tomis editum: Speculum item orbis rarum Danielis Cellarij, vbi tabulæ quædem ographicæ quàm in Theatro orbis pauciores, rarum autem regionum deſcriptiones longio- ſunt, duo tomi, item volumina ampla, quæ nes & deſcriptiones illuſtrium orbis vrbium tinent Coloniæ ante tres annos excuſa, diuer- à Iulij Ballini, celebrium totius orbis vrbium nibus, quas ipſe cum ipſarum breui hiſtorica rratione edidit. Benedictus Bodonius toti- orbis Inſulas deſcripſit.*

Theatrum orbis.

Speculum orbis.

Totius orbis Inſulæ.

*Ac*

Benjamin Iudæus inſignis Gæographus.

*Ac Beniamin Iudæus, Hebræus, Hiſpanu... nerarium ſuum Hebraicè deſcripſit, editun... perioribus annis à Benedicto Ariamontano... ſpalenſi (cuius cura & ſtudio Biblia πολύγ... τα, quæ Plantinus edidit, debemus) in qu... memorabiles totum ferè terrarum orbem e... ſus notatis itineribus, quas vel ipſe vidit, ve... de dignis ſuæ ætatis hominibus accepit, bre... atque dilucidè, ac ſic deſcripſit, vt apparea... minem vnquam ex Græcis aut Latinis Gæ... phis exſtitiſſe, qui continuato labore & ... tantum itineris inierit & confecerit, totun... orbem peregrinando emenſus, præter ſolas r... nunc repertas occiduas Oceani prouincias, ... Americam ſiue nouum orbem dicimus.*

Gæographia qualis.

Gæographia Belleforeſti Gallicè ſcripta.

*Deſcripſit etiam totum orbem vetere... nouum Gallicè Belleforeſtus Gallus, ope... ſtincto in aliquot ampliſſima volumina. Se... men videtur eius ſtudium & laborem multi... dis methodo etiam & tota tractationis & ... ſitionis forma erudita ſuperaſſe Laurentius ... nania Italus in Coſmographia ſua diuiſa ... ſtincta in quatuor partes & excuſæ Itali... gua in 4. Venetijs 1576. vbi in Epigram... præfixo ei libro tum alia, tum etiam iſta ſ... ſunt:*

Gæographia in lingua Italica ſcripta.

*Oppida cum regnis, littora, ſtagna, lacu...*
*Quiue homines habitent, vel qua regione m...*
*tur,*

*ſgregium totus quicquid & orbis habet.*

*Melior eſt etiam Belleforeſto Andreas The-us Gallus, Gallorum Regis Hiſtoricus & Co-rapbus inſignis, in ſua Coſmographia in ua Gallica excuſa, quæ in folio magno, quod ale ſiue regium dicimus, duobus tomis anno 75. prodijt, in qua memorat non ſolùm, quæ liorum libris didicerat, ſed quæ ipſe ferè per-rando terrarum orbem vniuerſum, & maria ſta percurrendo oculis viderat, adeò vt ex-atum ſit in hoc genere hactenus editum fu-n vulgus nihil eruditius, & methodo elegan-e & commodiore expoſitum & commemo-um.* Theueti Galli Gæo-graphia.

*Horum autorum autem illuſtriſſimorum tri-volumina egregia ſuppeditauit nobis è Bi-theca ſua omnium autorum, ſcriptorum & orum, in omni doctrinarum, linguarum & iplinarum genere inſtructiſſima, vir vera pi-te, doctrina multa, ingenio excellenti, memo-incredibili, lectione varia, atq; generis ſplen-e nobiliſſimus ac præſtantiſſimus D. Franci-à Dombsdorff, conſiliarius & miniſter Illu-ſsimi Electoris Palatini digniſſimus, & noſtri antiſſimus, cupidiſſimus & ſtudioſiſſimus, & nis pietatis, honeſtis, & literatæ doctrinæ, ac nium, qui pietati ac honeſtis ſtudijs dediti t, amantiſſimus.* Bibliotheca inſtructiſsima Franciſci à Dombſdorff.

καὶ ἐπ' ἀληθείᾳ πεπλασμένον ἐκ θεῶ
νος. ὃν
Ζῶσε τε καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις
θήνη.
*Eum valere, ſaluere, ac viuere ſemper cup*
Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε θεοὶ δέ σοι ὄ
δοῖεν.
Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν ὅσα φρεσὶ σῇσι μ
νᾷς
ὅττι μάλ' ἐθέλεις, καὶ τοι φίλον ἔπλετο
μῷ.

Adijcimus nunc literas, quæ ſu
in Stolberga Hercynica debe-
bant ſuo loco collocari.

CLAR

## LARISSIMO VI-
## DOCTRINA, VIRTVTE
PIETATE PAESTANTI,
Dn. Magiſtro Neandro, amico
ſuo ſemper amando.

*mihi fama tulit de te, præclare Neander,*
*parens etiam ſua per præconia firmat:*
*ò Franciſco Schuſtero interprete legum*
*tatore, tibi ſolidam transmitto ſalutem*
*mine, quod liceat rude ſit, paruiq; valoris:*
*tamen à docto contemni ſpero Poeta:*
*n quamuis, certò nullos me condere verſus*
*e, ſciam, tamen eſt ſcribendi prompta volun-*
*tas.*
*doctis faueo, doctos complector amore,*
*ſimul à doctis me vellem ſemper amari.*
*cipuè verè colo te, celebroq; laborem,*
*em præſtas viridem ſtudijs formando iuuen-*
*tam,*
*qua nec arte venit præſtans, nec moribus ad te,*
*am tamen vnamini ſtudio complecteris, atq;*
*nc prius incultam varia ſimul excolis arte:*
*c ſatis eſſe putas iſthoc feciſſe: ſed omni*
*efendis ſtudio, cura, conamine cenſus*
*q; Scholæ reditus, quis non hæc facta probaret?*
*rge precor tali cura defendere cenſus,*
*rge rudes etiam fida benè mente docere,*
*nc Deus æternæ tribuet tibi præmia vitæ,*
*faciet clemens felici fine beatum.*

*Ad te ſermonem verto, ſtudioſa iuuentus,*
*Et moneo, teneris didiciſſe fideliter annis*
*Vt ſtudeas tempus, maturaq́ dum fauet ætas*
*Et tibi vir doctus proponit ſuauiter artes,*
*Hunc venerare virum, non ficta dilige mente*
*Nam pius ille vir eſt ſyncero dignus amore.*
*Et ſi quis veſtrum non verè diligit illum,*
*Nec paret monitis, puer haud eſt talis honeſtu*
*Sed quia diſcipulos reuereri credo Magiſtrum*
*Hac de re plures nolo componere verſus,*
*Qui vitijs multis, & fœdo crimine ſordent.*
*Interea valeas longos, vir docte, per annos:*
*Quod magis vt poßis etiam tibi proſpera ci-*
*cta,*
*Quo monſtrante via doctorum incedo, precat*

*Tui amantißimus*

VVolffgangus Erneſtu
Comes Stolbergius.

## AD EVNDEM.

*Docte Neander,*
*Scribere duxi*
*Carmina pauca,*
*Quæ rogo ſumas*
*Fronte ſerena.*
*Nam tibi dicunt*
*Carmina magnam*
*Noſtra ſalutem,*
*Atq; precantur*
*Omnia fauſta.*
*Nam ſcio dignum*
*Te fore ſemper*

*Syd*

fauſto.
quer ergo,
a cenſus
a Ludi
is vnus,
l ademptum
er addis.
itis eſſe
cenſes,
agis inſtas
dieq́;
ere doctam
iuuentam,
udis ad te
,recurrit
bi charos
a parentes.
iuuentus
re grates
et abundè
a Neandro.
pietatis
ina dextrè
; diſertas
didit artes.

Nunc redeo ad te,
Chare Neander,
Et rogo pergas
Qua benè cœptum eſt
Sedulitate
Munus obire.
Te quoq́; pubem
Hortor inertem,
Vt modò diſcas
Pectore toto:
Ne patiaris
Tempus abire
Fructibus expers,
Et venereris
Sponte Neandrum,
Quem vice patris
Semper amare
Poſtulat æquum
His ego paucis,
Docte Neander,
Trado tegendum.
Te bonitati
Omnipotentis.
Viuito felix.

VVolffgangus Erneſtus, Comes à Stolberg (natus tunc annos quindecim.)

# DOCTISSIMO A
QVE CELEBERRIMO
RO MICHAELI NEAND
Scholæ Ilfeldenſis Rectori, a-
mico ſuo cum pri-
mis charo.

*Ludouicus Comes in Stolberg, Kônigſtein,*
*peforti, & VVertheim, &c.*

S. D.

*CHariſsime* Neander*, vir doctiſsime, a*
*tuas literas & carmẽ* Coci Heringenſis
*ſimul grata fuerunt, tum quòd videam, qua*
*profecerint te monitore tui ſtudioſi, tum*
*mirer huius iuuenis ingenium, precor Deum*
*mum maximum, vt hæc ſtudia te doctore ad*
*ga ſecula foueat, & vt multis exemplo ſis*
*tuo inſtinctu ſimiles Scholas erigant.*

*Laudatur ingenium Coci, multi eni*
*ptima de hoc iuuene pollicentur. Ei ob mi*
*carmen, cum ad vos aduenero, gratum me e*
*bebo.*

*Quod verò, ſi ad Iuris prudentiam veli*
*nimum adiungere, ſumptibus & ſtipendio a*
*uabo. Quid verò hic habeat animi iuuni, v*
*vt ipſe proprijs manibus ad me quam prin*
*ſcribat. Ego contra tum de voluntate m*
*tum etiam de certo ſtipendio eum certiorem*
*ciam.*

Mi

Iultà mihi tecum, chariſſime Neander, ommunicanda, quæ in aduentum meum n. Tibi ac Studioſis tuis omnia felicia .

Ego rogo meo nomine Doctorem Aemyli-Paſtorem Eccleſiæ Stolbergenſis ſalutes, licas Aſparagos iam eſſe coctos, & me iam are aduentum.

Vale. Datæ 10. die Nouembris, Anno Do-millesimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſe-. (Obijt anno 1574. anno ætatis 69.)

# ETATE, DOCTRI-, ATQVE VIRTVTE RAESTANTI VIRO MI-chaëli Neandro ſuo dilecto.

S. D. P.

Bſeruande Domine Magiſter, perpetua obſeruantia colende, literas tuas mihi o-s perlegi, & ad eas citius reſpondere prom-quidem fuiſſem, ſed alijs negocijs arduis oc-tus huc vſq; reſponſionem protrahere coa-ſum, peto igitur ne indignè feras nuncium tam diu hic detentum eſſe.

Inprimis verò gratias tibi ago permagnas, biſtoricas pagellas mihi legendas miſiſti, non ſine magna quadam admiratione & re legi.

Ff 3 Libros

*Libros, quos petis, tibi remitto excepti*
*Dialogis de rebus Gallicis, quos habet frat*
*us Bodo, & propter eius abſentiam iſtos ia*
*remittere non poſſum, cum verò aduener*
*mittentur tibi.*

*Adiunxi quoq; libris tuis Theatrum orb*
*rarum, quo vti tibi fas eſt, quàm diu lib*
*mitto tibi etiam tabulas Gæographicas, q*
*prius videris, neſcio.*

*Si in parua illa mea ſuppellectili lib*
*plures haberem libros, qui tibi vſui eſſe p*
*quocunq; tempore cupies, eos tibi mittam.*

*His te benè valere iubeo, & me protec*
*tui ſemper habebis. VVernigerodæ 14. Febr*
*Anno 1575.*

VVolffgangus Erneſtus,
mes Stolbergius (natu
nos triginta circiter, &
cum generoſo Comit
berto patruo ſeptuager
ferè adminiſtrans & gu
nans in comitatu Stolb
co omnia.)

# Dem Wolgelahrten/

ſerm lieben getrewen / Mi-
chaeli Neandro / Rectorn der
Schulen zu Jlfeld.

## udwig Grafe zu Stol-
berg / Königſtein / Rütſchefort /
vnd Wertheim.

Nſern günſtigen gruß in ge-
neigtem willen zuuor / Wolge-
lahrter lieber getrewer / Wir ha-
ben ewer Antwort auff vnſer vn-
igſt an euch außgegangen Schreiben /
ien Schulmeiſter gegen Hirtzenhain be-
effend / vor kurtzer zeit empfangen / vnd
raus ewer Bedencken / wie jhr achtet /
ſche Schul nach der Jlfeldiſchen art an-
richten vnd zu beſtellen ſeyn ſolt / gnug-
m vernommen. Wann denn die Wol-
eborne / vnſer freundliche liebe Vettern /
Graf Philips / vnd Graf Ludwig von Ei-
nberg / vnd wir nochmals gemeinet / die
Schul zu Hirtzenhain anzuſtellen / vnd
ie Jlfeldiſche Form vnd Ordnung hal-
n zu laſſen/Wie denn jhre L. vnſer Vet-
er / Graf Philips wolgedacht/vns newli-
her Tage geſchrieben/vnd vns des Schul-

meiſters halben erinnert. Als bitten
nochmals gantz gütlich / jhr woltet d
zum förderlichſten vns einen feinen gele
ten vnd züchtigen Geſellen / der die Il
diſche Ordnung weis / vnd dieſelbige in
röhretem Kloſter Hirtzenhain anrich
köndte / anhero zu ſchicken. Sol demſe
gen dermaſſen eine Beſtallung gema
werden / damit er ohne zweifel würde
frieden ſeyn können / Euch in dem vn
ſchweret erzeigen / vnd es / ſo viel mögli
befördern. An ſolchem thut jhr ein Chr
lich vnd nützlich Werck / auch vns ein ſo
dern wolgefallen / vnd wir wollens geg
euch in Gnaden widerumb erkennen / d
wir günſtigen willen zu erzeigen jeder w
geneiget. Datum Königſtein / den 2
May / Anno 69.

REVERENDO E
DOCTO VIRO, MAGISTR
MICHAELI NEANDRO,
Scholæ Ilfeldenſis Recto-
ri, ſuo dilecto.

S. P. D.

*REuerende Domine Magiſter, vir doctiſ*
*me, non debeo te cælare, quod cupiam c*
*gnoſcere, qualis ſit Geomantia, non quod hu*

a

*mulum fidei tribuam, ſed potius, vt me cu-*
*tq; arduis negocijs defeſſum, modò hiſce,*
*puto, ineptijs, recreem, vnà etiam cùm ſim*
*ntiſsimus & cupidiſsimus literarum atq; ar-*
*omnium cognoſcam, cur ſint, qui huic arti*
*vereantur plurimum tribuere, atq; in eius*
*itudine, tanquam in diuinis atq; immotis ni-*
*aculis. Quia autem ſcio, te omnium arti-*
*magnum librorum cumulum poßidere, peto*
*uid huius artis tibi eſt mihi commodare atq;*
*municare & aſpiciendum cum hac occaſi-*
*dare velis. Quod ſupereſt benè vale. Ani-*
*n meum erga te clementer affectum ſemper*
*promptiſsimum habebis. Data 2. Martij,*
*no 74.*

VVolffgangus Erneſtus,
Comes Stolbergenſis.

CLARISSIMO ET
OCTISSIMO VIRO, DO-
INO MAGISTRO MICHAELI
Neandro, Rectori Scholæ Ilfel-
denſis digniſsimo, Domi-
no ſuo obſeruando.

*Salutem per Chriſtum Filium Dei, qui eſt*
*vnica, vera & perpetua ſalus noſtra. Cla-*
*ſsime & doctiſsime Domine Magiſter, amice*
*frater in Chriſto, perpetua fide & obſeruan-*

 tia co-

*tia colende, ſcripſit ad me de itinerario*
*Reuerendus & doctiſſimus vir, ſummus*
*amicus, Dominus Magiſter Buſingus, min*
*verbi diuini Eccleſiæ Brunſuicenſis, ad S.*
*dream, tibi laborem meum maximopere pr*
*ri, teq; in Præfatione cuiusdam libeli, qui*
*editur, mei operis facere honorificam men*
*nem, ineſſe tamen nonnulla, quæ partim tua*
*cellentia obſeruauerit, partim etiam aliu*
*doctiſſimus in veſtra vicinia, quem VVagne*
*eſſe arbitror, quæ contra ſcripturam allegat*
*deantur.*

*Ego quidem, viri doctiſſimi, ingenij &*
*dicij mei imbecillitatem & tarditatem, præ*
*tim in tanta rerum varietate facile agnoſ*
*& libenter laborem meum veſtro iudicio*
*mitto. Vehementer etiam rogo, vt errata,*
*fortaſſis ob ingenij mei debilitatem, vel per*
*ſtinationem ſunt admiſſa, candidè & apertè*
*hi aperire non dedignemini, non in peiorem*
*tè, ſed mitiorem partem omnia ſum interpre*
*turus.*

*Typographus Iacobus Lucius cum ſecu*
*editione feſtinat metuens, ne ſi liber diſtra*
*iam exemplaribus, ab alio quodam improbo*
*cudatur, ipſe tantum laborem, quem in figu*
*chorographicas eum impendiſſe videmus, pror*
*amittat.*

*Poſt tres vel quatuor annos, ſi Deus Opti*
*Max. vitam mihi conceſſerit, totum opus plu*
*bus*

*s in locis ſum emendaturus, præſertim in annis iniſterij Chriſti. Quæ variatio tamen ante editionem Chronologiæ meæ fieri non poteſt. Eſt nim mihi in manibus opus Chronologicum, quod eo volente ad exemplum Gerardi Mercatoris Ioannis Funccij, à principio mundi ad noſtra ſq; tempora ſum deducturus, cuius titulus ita habet:*

# CHRONOLOGIA,

## Hoc eſt:

*Omnium temporum & annorum ſeries, ex ſacris Biblijs, alijsq; fide dignis ſcriptoribus, ab initio mundi ad noſtra vſq; tempora fideliter collecta, & calculo Aſtronomico exactiſſimo demonſtrata & confirmata, cui inſerta ſunt ipſæ picturæ ac imagines Eclipſium, Solis & Lunæ, aliorumq; motuum cœleſtium obſeruationes, ex tabulis Prutenicis retrò ſupputatæ ad initium vſq; mundi, aſſcripto ipſo calculo, additis etiam quibusdam pluribus in locis integris Calendarijs Hebraicis, Græcis, Aegyptijs & Latinis.*

*Habes, vir clariſſime, breuiter ſummam noui mei operis, in quo perueni ad annum à virgineo partu 592. quo anno, cum Mauritius Imperator in initio Veris exercitum ad bellum Auaricum educeret, horribilis defectus Solis factus eſt 19. die Martij.*

*Monſtra-*

*Monſtrauit hoc opus Chronologicum mi multa, quæ in Hodœporico ſiue Itinerario va anda ſunt. Sed cum demonſtratio & cauſa v riationis, ante Chronologiæ editionem ab omi bus percipi non poßit, & Typographus cum ſ cunda editione feſtinet, hæc emendatio in ali tempus reſeruanda eſt.*

*Veſtram tamen declarationem, præſerti de locis, quæ contra ſcripturam allegata vide tur, iam ſtatim auidè exſpecto, vt ſi fieri poßi errata illa ante ſecundam hanc editionem co rigantur, & liber in gloriam Dei emendatior e eat.*

*Benè in Chriſto valè, mi Neander, cu VVagnero tuo, quem officioſè ſalutabis. Da Grunouiæ Calend. Iunij, Anno 82.*

*Excell. veſtræ*

*addictiß.*

Heinricus Buttingus
Magiſter.

# HODOEPORICON,

# SIVE ITINE-
ARIVM D. SOLO-
IONIS SVVEICKERI SVL-
ZENSIS, QVI CONSTAN-
nopoli in aula legati Imperatoris
omani aliquot annos Eccleſiaſta
fuit, & è Thracia in Aegypto,
Palæſtina, Arabia, atq; Sy-
ria peregrinatus eſt,
conſcriptum

A

*MARTINO CRVSIO,*
*Profeſſore vtriusq; eloquen-*
*tiæ, celebri in Acade-*
*mia Tubingenſi.*

ΚΥΡΙΩ ΣΟΛΟΜΩΝΤΙ ΤΩ ΣΟΥΕΙΚ
κηρῳ, εἴτουν Σιωπικῷ, Σουλτζαίῳ: ἐκ μακροτάτης
ἀποδημίας καλῶς ἐπανελθόντι, καὶ γάμους
εὐτυχῶς ἑορτάζοντι: γραφὲν ὑπὸ Μαρτί-
νου τοῦ Κρουσίου συγχαριστικόν.

αφπα.

Πρώτῳ Γερλαχίῳ μὲν ἐμῷ συνέχαιρον ἀμοι
μῳ:
ἐκ Βυζαντιακῆς πόλεως ἄπλουσα μολόντι.
ὑψικλῆς τιμῆς καὶ χαρμοσύνης ἐπιβάντι.
Νῦν δ' αὖ κλεινὲ τεῖν Σολομῶν, συγχαρτέον ἐστί:
Μακροτάτων νοστοῦντι τόπων ὑπερίονος ὀρθῶς:
Φαιδροτέρου νῦν ἠελίου σοι προσγελόωντος.
Αἰδέσιμος μεγάλως παρὰ πᾶσιν ὑπ' εὐφρονέουσι
καὶ μετὰ Γερλαχίου θυμῷ κεχαρισμένος ἀμῷ.
Πρῶτα μὲν, εὐσεβέων σεμνῶν τ' ἔξεσι τοκήων: (μο
Σός τε πατὴρ μ' ἐφίλει μάλα νῦν μακάρεσσ' ὁμό
Ενρῖκος καλὸς, ᾧ παίδων μέλεν ὀρφανὸς ὄχλος
Μητέρα τ' αἰδοίην πότ' ἐθαύμασα δώμασ' ἐν ἀμοῖ
εὐσεβέες σεμνοί τε τοκῆες, καύχημα ποθεινόν.
Εἶτα δ' ἄρ', ἐκ παίδων καλῆς ἤντησας ἀγωγῆς:
ἐν Σουλτζῃ τε πάτρῃ, καὶ κοινοβίοισιν ἀγοῖο
Φαιδιμόεντος, ἐνὶ ζαθέῃ τε πόληϊ Τυβίγγης:
εὖ γλώσσαις, μεθόδοις τε δαημοσύνης, ἀσκηθείς.
Ὠφέλιμος δ' ἄρ' ἀνὴρ, ὃς χρηστῆς ἔμμορ' ἀγωγῆς.
Αὐτὰρ ἔπειτα, πόθῳ τρωθεὶς νόον, ἀλλοδαποῖσιν
ἀνδράσι μιχθῆναι, πολυΐστορά τε φρένα κτᾶσθαι:
πρῶτα μὲν, αὐστριάδος περιώνυμον ἐς πέδον ἵκ
Κηρύττων μεγάλοιο θεοῦ σωσίμβροτον αὐδήν.

Κηρύττ

SOLOMONI SCHVVEI-
ro Sultzenſi: è longiſsima Orien-
peregrinatione reuerſo, nuptiasq́
iciter celebranti: ſcripta à Mar-
ino Cruſio Tybingæ gratulatio.

1581.

*Ntea Gerlachio lætus gratabar amico:* Gratulandum tibi.
*Huc benè cùm rediјt, Byzantia mœnia linquens:*
*iduo duplices hilaris conſcendit honores.*
*tari quoq́, nunc, Solomon tibi debeo clara.*
*ando redis ſanus longis Orientis ab oris:*
*i, magis læta roſeus te luce reuiſit. (dus.*
*nibus es, qui ſunt recta modò mente, verен-* Quia dignus.
*um Gerlachio nobis percharus amicus.* A curſu primæ ætatis.
*ccipiò, te laudati genuêre Parentes:*
*, Pater me dilexit, nunc incola cœli:*
*ricus præſtans, pupillis cura fidelis:*
*libus inq́, meis placuit tua Pater honeſta.*
*bonis natum, non eſt ea gloria parua.*
*ntigit inde tibi vitæ formatio recta:*
*uero, Sultzæ: dein illuſtriſsima cura,*
*nobiјs te mandauit, ſacraq́, Tybingæ:*
*ſcentem linguasq́, bonasq́, fideliter artes.*
*cta ſalutares facit informatio ciues.*
*le, cupido tuam mentem tùm cœpit honeſta:*
*tera Regna, ſimul multorum noſcere mores:* A profectionibus: 1. In Auſtriam.
*ſtriadis primò tendis Regionis in oras:*
*uini ſpargens ibi verbi ſemina fide.*

Omne

Κηρύττειν τὰ θεοῦ, νικᾷ πάντ' ἔργα βίοιο.
Ὡς δ' ἄρ' ἔπειτα, μέγαν μετὰ Σωννεκκήσιον, ἥρως
Σιντζενδορφιάδης Βυζάντιον ἦγε πρέσβεις:
Ἦς αὐτῷ πάσης δολιχῆς συνοπηδὸς ὁδοῖο:
εὐσεβέος θ' ἥρωος ἔπηθα διδάσκαλος αὐλῆς.
Θεσπεσίῳ καθαρῶς σφέων ψυχὰς ῥήματι φέρβων.
Τί πλέον, ἢ ψυχὴν σῶσαι, σπουδαστέον εἴη,
Ἔνθα δὲ σὲ γραικοὶ κλειτοὶ κεχαρισμένον εἶχον:
Μητροφάνης καὶ ἱερεμίης, ἅγιοι πατριάρχαι:
Ζυγομαλαί τε σοφοί, Λίγυρος τε μέγας νῦν ῥήτω
Φραγκίσκος τε χίοιο δομέστικος ἐσθλὸς ἱερός:
ἄλλοι τε κλεινοί, δόντες σοὶ χειρόγραφα σφέων.
Πάντοθι γῆς, ἀρετὴ φιλίης ξυναγωγὸς ὑπάρχει.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τὴν πρεσβείην διεδέξατο λάμπρος
Πρεινερος, συνθηκοφύλαξ ποτὶ βάρβαρα φῦλα
Δὴ τότε καυστηρός τε ἵμερος ἔλπεσε θυμῷ:
Τοὺς ἁγίους χώρους ἐπιδέρκεσθ' ἱεροσολύμων.
Ἀσφαλίης οὖν γράμμα λαβὼν τούρκων παρ' ἄ
Εἶχες ὁμόστοιχον κλυτὸν Ερβερσταίνιον, οἴμου: (κτ
Σλίβιον εὐγενέα, καὶ Παχελβήλιον ἐσθλόν.
καὶ πλεύσας Βυζαντίοθεν, διὰ μακροτάτοιο
Αἰγαίου πελάγους, εὐτείχεον ἐς Ῥόδον ἦλθες.
Εἶτα δ', Ἀλεξανδρουπόλεως ἐς ἐρείπια λυγρά:
ἔνθα φιλόξενός σε φίλησε Μελέτιος ἠΰς:
Γραικὸς ἐὼν Κρήτης, φωνῆς δὲ λατινίδος εἰδώς.
Κεῖθεν ἰών, ἧκεν Ῥασχίτιος ἐς πτολίεθρον:
Δέλτον ἵν' ἄμμι γράφες, Νείλου ὑπὲρ ἑπταπόροιο.
Οὐκ ἦν δ' ἱκνεῖσθαι τότε μέμφιν ἐς εὐρυάγκαν:
Χιλιάδας λοιμοῦ πλείους δαμόωντος ἑκάστης:

Σινα

e genus vitæ ſuperat, Diuina docere.
ea, cùm magno Vngnado ſuccederet Heros
ondorffiades, Byzæ legatus in vrbem: 2. Conſtantinopolim.
longum pariter ſequeris, Comes officioſus:
iſq; pij, ſacrorum Doctor in Aula:
la diuinæ præbendo ſalubria vitæ.
a magis res quippe animæ curanda ſalute.
te præcipui complexi ſunt benè Græci:
rophanes ac Hieremias, ſancti Patriarchæ:
omalæ clari, Liguro cum Rhetore magno:
q; Chij Pæon, Franciſce Domeſtice præſtans.
lari plures, ſua dantes nomina libro.
nibus in terris virtus coniungit amicos.
oſtquam mandata fuit Legatio claro
nnero, adq; truces pacis cuſtodia Turcas:
enti tua mens flagrare cupidine cœpit:
is luſtrandi Solymorum templa ſacrata.
o facultatem Turca præbente ſecuram:
tu, Bernhardusq; Baro Heberſtanius, vna 3. Hieroſolymam.
libius excellens, nec non Pachelbel honeſtus:
eſſi Byzæ, Duce per longiſſima Chriſto,
gæi freta vaſta, Rhodi veniſtis ad vrbem.
nc, ad Alexandropoleos loca plena ruinis
q; ibi Meletius bonus eſt complexus amanter
es Græcus, linguas callens Italam atq; Latinã.
nc ad Roſſeta tranſiſtis amœna fluenta
de ad nos, tua ſcripta, ſuper ſeptemplice Nilo.
n tamen ad Memphin licuit contendere ma-
thali perimente lue tunc millia multa: (gnam:

Σιναῖον δ' αὖ ὄρος, διὰ λῃστὰς ἦεν ἔρημον.
Τοῦ, προσεταιρίσαο κλειτὸν συνοδοιπόρον ἐσμὸν
Εἴς τε πόλιν ζαθέην ἦλθες κεχαρηότι θυμῷ:
Μνῆμά τ' ἴδες, ζώκρος ὅπου ποτὲ νεκρὸς ἔκειτο:
Χριστὸς ἐμὸς, πίστει ζώσῃ ἐπιδράκτεος οἴῃ.
Σωφρόνιος δὲ φίλως ξείνισσ' ὑμᾶς πατριάρχης.
καὶ πάλιν, οὗ κοῦρον φίλον ἄχραντος θεομήτωρ
σπαργανίσασκε πάλαι, Βηθλεὲμ μηλοτρόφον εἶδ
εὔφορα τ' ἀρχαίης πέδ' ἐρσήεντα Δαμασκοῦ:
καὶ τρίπολιν, λιβάνου προτὶ πέζαν κεδροφόροιο:
ἀρχιθύτης ἵνα σὲ πρόφρων δέχετ' Ἀντιοχείης.
αὐτὰρ ἐπεὶ καμάτων ἅλις ἦν, δολιχῶν τε πλανο
περιπλεύσας Κύπρον, Κρήτην δ' ἵες ὀκρυόεσσαν:
Μικροῦ δ' ἐν νῆσον περιπλώσας δηρὸν ἅπασαν:
ἔνθα τιν λόγιος Γραικὸς μορζῶτος ἐγνώσθη.
Εἶτα δὲ, κυδαλίμην Ἐνετῶν πόλιν εὖ διεσώθης:
Αὔγουσταν τε, καλὸν γαίης Ἀλεμαννίδος ὄμμα,
Μέσφ' αὖτ' ἀσπασίως ἡμῶν σ' ὑπέδεκτο Τύβιγγα:
Καρτά τ' ἐελδομένοις ἡμῖν σεῖο νόστος ἐτύχθη.
Τίμιος ἐστὶν ἀνὴρ, ὃς ἀπείρονα γαῖαν ἐπελθὼν,
ηὐξήθη γνῶσιν μάλα, μυρία τ' οἶδε πιφασκειν.
Ταύτῃ δ' ἄμμιν ὁμιλήσας, ἀνάριθμα πίφαυσκες:
Τέρφθημέν θ', ὡς σεῖο μελίπνοος ἔρρεε φωνή.
Ἀλλ' οὖν πᾶσιν, ἐμοὶ κεχαρισμένα πολλὰ ποίη
Σύγχρον ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου τε καὶ γράμματα πέμ
ἑλλήνων τε φίλων, ὧν τ' ἤθελον εἰκόνος ἔσθ' ἅς.
Δεῖξας δ' αὖ Γραικῶν χειρόγραφα, γράμματά τ' ἀ
ἀρχιθυτῶν τε πρόσωπ', ἄλλων τε, ὑπὸ σεῖο γραφέ
τῆς κοινῆς Γραικῶν φωνῆς, Ἰταλῶν τε δαήμων.

ὁυ

umq́ latro montem vaſtauerat atrox.
o viæ ſocios aſſumens, agmen amicum:
aſti latus ſanctam feliciter vrbem:
iſti monumentum, vbi quondam vita ſepulta
iſtus, viua fides quem nobis applicat vna.
epulis quoq; Sophronius Patriarcha refecit.
nc, vbi cara Dei ſoboles è virgine, cunas
rum habuit præſepe, fuit tibi Bethlema viſa:
bis & antiqua cultiſsima rura Damaſci:
aterea Tripolis, Libani radice ſub alti:
mitem Patriarcha vbi præbuit Antiochiæ.
t vbi iam viſum, parcendi erroribus vltrà:
æterita Cypro, tibi Cnoſia terra petita eſt: A reditione domum.
rcumuectaq́; tota ferè curſu Inſula lento:
ognita Morzíniq; boni doctiſsima lingua:
inc vos excepit Venetum clariſsima ſedes:
x hac Auguſtam properaſti Vindelicorum:
audentem tandem te noſtra Tubinga recepit:
ratamur reducem, lætantes pectore toto.
ir venerandus is eſt, longis qui erroribus actus,
lurima cognitione poteſt narrare refertus. A cognitione rerum.
u verò prompta narraſti plurima mente: A meritis
Dulcior atq; fuit nobis oratio melle. tuis in me.
In me plura tamen tua ſunt benefacta profecta:
Quòd mihi ſcripſiſti Byzantide ſæpius vrbe:
Scriptaq́; Græcorum mittens, nonnullaq; picta.
Nunc quoq; mõſtraſti chirographa, pluraq́; Græ-
Atq; tua pictos Patriarchas arte, aliosq;: (cũm:
Lingua vulgaris Græca, Italicaq; , peritus.

οὕτωσί γ' εὐεργεσίαι σέθεν, εἰς ἐμὲ πολλαί,
καὶ μεγάλαι: ὡς καὶ πρὶν Γερλαχίοιο φιλίστου.
Σπουδαίοισι φιλολογίστου ξοφίμοισιν ἄνακτος,
Τῆς τ' Ἀκαδημίας, κόσμος περιώσιος, ἄμφω.
Νῦν δ' αὖ παρθενικὴ θαλάμοις χαρίεσσα τεοῖσιν
εἰσάγεται, δεσμοῖς ἁγνοῦ ζευχθεῖσα γάμοιο:
Δαβίδαο καὶ ἠλίεω Μιχαήλου ἀδελφή:
Κηρύκοιν πιστοῖν σωσανθρώποιο λόγοιο:
τοῦ μὲν, ἐνὶ Στόλτζῃ: τοῦ δ', Ἐσλίγγης πτολιέθρῳ:
ἀμφοῖν μοι φίλια φρονεόντοιν, ἐκ τε παλαιοῦ;
Οἷν γενετὴρ, μάγνος πέλεν: ἀκραιφνὴς ἀγορητὴς
σαρκοφόροιο λόγου παρὰ μεμμιγγεῦσι, φίλος μοι
αἴδοιος: νῦν δ' ἐξυναέτης πόλου ἀστερόεντος.
Τοὔνεκεν ἐκ ψυχῆς συγχαίρω χάρματι σεῖο
( φίλτατε Στοθηκκῆρ, ἔλλησι σιωπικὲ, κόσμε
ἡμείων ) εὖ νοσήσαντος, ἰδ' εὖ γαμέοντος.
εὖ μὲν ἀποστρέψαι θεὸς, ὅσσ' ἔλε πῦρ αἴδηλον:
εὖ δὲ διϊθάναι Σωσάννης σοι γάμον ἁγνῆς:
εἰρήνην, ζωὴν ἀγαθὴν δ' οὐς, εὐτεκνίην τε:
ῥήματά τε κηρύττοντα, σαῶσαι σαυτὸν, ἰδ' ἄλλους.

ΤΕΛΟΣ.

*e nominibus meritum de me benè multis*
*oſco, veluti quoq; Gerlachium antea charũ:*
*cipis eximij, Chriſtumq́; colentis, alumnis,*
*Schola noſtra, clarum decus eſtis vterq;.*
*s quoq;, quam Charites ornent, tibi virgo pu-* A matrimonio contracto.
*itur in thalamos, S. pia iuncta marito: (dica*
*id & Helias cui fratres ſunt Michaëles:*
*ſti præcones magnis virtutibus ambo:*
*tua in patria rurſum hic, Eßlingica in vrbe:*
*is ſcio me charum iam nunc à tempore longo:*
*ppe pater quorũ, magnus, mihi ſẽper amicus:*
*erè Chriſti Memmingæ dogmata tradens:*
*æuus, reuerẽdus, habens nunc Regna Polorũ.* Ergò meritò tibi gratulor & bene precor.
*animo nunc ergo tuos tibi grator honores (tũ)*
*are, domus magnum Sueicceridos ornamen-*
*d reditusq́;, bonus: quod coniugiumq́; decorũ*
*ituat Dominus fera flammæ damna voracis:*
*nubium tibi Suſannæ benè proſperet vſq;:*
*e bona, natisq́; bonu, lætaq́; ſenecta:*
*q́; docens pia, te facias, aliosq́; beatos.*

FINIS.

# PRÆCEDENTIS I

SALOMONI SCHVVEICK
ro gratulationis, copioſior per Mar
num Cruſium explicatio: ad Reuer
dos & clariſsimos viros: S. Theolog
Roſtochij, Dauidem Chytræum, D
ctorem: M. Michaëlem Neandru
Ilfeldæ Abbatem: & M. Laurenti
Rhodomannum, Scholæ Luneburg.
S. Michaëlem Moderatorem: Do
nos & amicos ſuos amantiſsimos
colendos: cum omnis per Chri-
ſtum Salutis precatione.

Exordium à cauſa huius ſcriptionis.

S*Vbinde aliquid eru*
*ti ad me mittitis, Reuerendi*
*clariſsimi viri: ſeu ingemo*
*veſtrorum fœtus ſeu Hiſtori*
*inter quæ & Byzantina.*
*quum igitur eſt, à me viciſsim aliquid ad vos*
*ſcribi, quod libenter legatis: ne ingratus pro t*
*ta beneuolentia fuiſſe videar. Arbitror aute*
*factæ ſunt: vt beatum hoc nomine prædicare*
*culum noſtrum iure omni conueniat, quo t*
*multa de diſtantium tanto interuallo popu*
*rum religione & moribus fama & auditione*
*cepimus. Quod ſane cum conſideramus paulò*
*rentius, aliter exiſtimare non poſſumus, quàm*
*ſe hanc vltimam ſcintillam, qua deflagrante,*
*teritura ſit mundi machina. Quo magis e*
*flamma illa hactenus micuit, & nunc ad inte*
*rum ruit: eo propius etiam à fine ſuo abeſſe mu*
*dum coniicimus. Nondum vnius ſeculi ætas ex*
*cta eſt, cum fama de Aethiopum religione*
*aures noſtras primum peruenit. Quæ quia*
*multis partibus cum Chriſtiana conſentit,*
*ſpeciem pietatis honeſtam habet: cognitione*
*ſtra digniſsima eſt habenda. De hac igitur qua*
*tum orationis inſtitutæ modus expoſtulat, exp*
*care aggrediar: vt & vbi & qualis ſit, quibu*
*initiis cæperit Aethiopica Chriſtianorum Ecc*
*ſia, conſtare poſſit.*

*Sita eſt Aethiopica hæc in Africa ad M*
*ridiem, ex quo etiam Meridionalis appellatur*
*Zona torrida, tropico Cancri, & æquinocti*
*circulo intercluſa: quamuis magnam parte*
*ipſum æquinoctialem verſus capricorni tropicu*
*tranſcendat. Aeſtas ibi gemina eſt in anno,*
*fermè perpetua: vt vno tempore in aliis agi*
*fiat ſementis, in aliis verò meſsis. Alicubi ſing*
*lis inc*

menſibus nouæ fruges, legumina præſertim ſe-
ntur. Homines ſolis ardore aduruntur, vt ni-
reſcant & nudi incedant. Niſi quod goſſypio vel
rico pudenda contegunt nonnulli. Ampla eſt
alde, & regna ferme 40. complectitur, vt pro-
e Europam, vel totum orbem Chriſtianorum
agnitudine ſua æquet. Initio quidem non am-
ltus duo regna continuit. Ac progredientibus æ-
atibus, adiectis vicinis regnis, mirè aucta &
mpliata eſt. Nam ex omni parte infidelibus Eth-
icis & Mahumetanis Chriſtiana regionis hoſti-
us ſepta eſt, cum quibus bella aſsidua gerit, &
mne ſtudium curamq; ad hanc operam Chri-
ſtianus Aethiopiæ Rex conuertit, vt quam plu-
rimos ab idolomania Ethnica ad Chriſtianam
fidem traducat. Ferunt tam acerbum eſſe & im-
mane quorundam vicinorum Aethiopum in hos
Chriſtianos odium, vt nulli vxorem ducere lice-
at, niſi iuſiurandum dederit, ſe duodecim Chri-
ſtianos occidiſſe.

Rex Aethiopiæ nominatur non Presbyter, vt
quorundam fert opinio, ſed precioſus Ioannes.
Nam Aethiopica lingua Ioannes Belul, quod
eſt precioſus ſeu altus, dicitur: vt penè cum
Principum noſtrorum titulis congruat, qui illu-
ſtres & excelſi vocantur, vt euectos & elatos
ſupra alios mortales eſſe intelligamus. Eſtq;
hoc commune nomen omnibus Aethiopiæ Re-
gibus: Quemadmodum Aegyptiacis Regibus

*Pharao,ſiue Baro,vt nos dicimus: Romanis Im-
peratoribus Auguſtus, hoc eſt,σεβαςὸς ſeu re-
rendus.Nec Sacerdos eſt profeſsione hic preci
Ioannes,ſed politicus Magiſtratus,nec tam re
gione & legibus armatus,quam armis decora
Imperator.*

*Columnam tamen fidei ſe ipſe vocat,idc
eo quia cuſtos eſt fidei Chriſtianæ, & non ſol
poteſtati ditioniq; ſuæ ſubiectos populos ad fi
Chriſtianæ profeſsionẽ adhibet, ſed etiam hoſ
vi & armis ad eam ſuſcipiendam, quoad eius fi
poteſt,adigit.*

*Olim à Reginis duntaxat gubernata A
thiopia fuit. Ex quo in hiſtoria veteris Teſt
menti legimus veniſſe ad Salomonem Regem
Auſtri reginam de Saba, audiendi cauſſa a
mirandam eius ſapientiam,circiter annum mu
di 2954. Nomen Reginæ huic fuit Maqueda
quæ per mare rubrum & Aegyptum venit Hier
ſolymam,ex regia vrbe Aethiopiæ,Saba,quæ N
lo velut Inſula vndiq; alluitur. Attulitq; ad Sa
lomonem talenta auri centum & viginti,quæ ef
ciunt ſepties centena millia & viginti millia au
reorum Vngaricorum,vel tonnas auri ſeptem,e
inſuper viginti millia Vngaricorum.Tanta ſum
ma auri cum alijs precioſis rebus Salomonem do
nauit, & ab eo viciſsim muneribus ampliſsim
affecta eſt.Certauit etiam cum Rege illo propo
ſitis quæſtionibus & ænigmatibus acutè ſapien-
terq;*

rq́ excogitatis. Inter cætera, vt quidem Cereni commentum habet, adduxit in conſpe-ſum eius puellas & adoleſcentes puellarum more veſtitas, interrogauitq́ Regem, numquid diſcernere ſexum à ſexu poſſet? Cui reſpondit ille, x lotione faciei iudicium ſe facturum eſſe. Mox uari omnes in facie iuſsit, & qui validè lauaantur, maſculos, qui molliter, fœmellas eſſe pronunciauit.

Credunt Aethiopiæ Reges ex Dauidis ſtire, & Salomonis familia ſeſe procreatos eſſe. Idirco ſe filios Dauidis & Salomonis atq́ adeo ſanctorum Patriarcharum appellare ſolent, quod orum ſatu orti ſint. Nam ex Salomone filium ſuſcepiſſe Maquedam illam fingunt, quem Meilech nominârit. Poſtea Dauid fuit dictus. Is, ſecundum ipſorum commentum, cum annum ætatis vigeſimum attigiſſet, ad Salomonem patrem & Præceptorem à matre remiſſus eſt, vt doctrina & ſapientia vtili ac ſalutari ab eo inſtrueretur. Quod ſimul ac aſſecutus fuit Meilech ſeu Dauid, conceſſu Salomonis, Sacerdotes & Comites nobiles multos de ſingulis duodecim tribubus ſibi adiunxit, & in Regnum Aethiopiæ reuerſus, gubernationem eius ſuſcepit. Ac vnà etiam legem Domini circumciſionemq́ eodem importauit.

Hæc primordia fuere religionis Iudaicæ in Aethiopia, & aiunt in hodiernum vſq́ diem ad au-

*ſtica miniſteria & canonicatus nullos admit-*
*niſi de ſtirpibus ex Iudæa adductus oriundus.*
*bis igitur propagata eſt doctrina de Deo in A-*
*thiopia, & radices egit, vt ad omnes ætates co-*
*ſequentes permanârit. Nam & libros Prop-*
*ticos retinuerunt Aethiopes & Hieroſolym-*
*adorandi cauſſa verum Deum patefactum in*
*gno Iſraëlis profecti ſunt. Quod ex hiſtoria E-*
*nuchi, cui Indich nomen fuit, Candacis regin-*
*quæ Iudith proprio nomine dicta eſt, præfecti,*
*telligi poteſt. Is enim circa annum à morte*
*reſurrectione Ieſu Chriſti, decimum, Hieroſo-*
*mam ducentorum & quadraginta milliari-*
*itinere acceſſit. Cumq́; ibi officium & cultum D-*
*debitum tribuiſſet, & iam domum rediret,*
*curru ſedens Prophetam Eſaiam legit. Itaq́;*
*eum diuino mandato miſſus fuit Philippus, Chr-*
*ſti diſcipulus. Et cum proceſſiſſent ambo ad v-*
*bem Bethzur, tribus milliaribus ab Hieroſol-*
*mis: ibi in radice montis fontem conſpexit Eunu-*
*chus, cuius aquis à Philip. baptizatus eſt. Reue-*
*ſus verò in Aethiopiam Eunuchus baptizauit r-*
*ginam, & magnam familiæ regiæ & populi pa-*
*tem. Ex quo Chriſtiani cœperunt eſſe Aethiope-*
*fidemq́; Chriſtianam omni ſequenti tempore pr-*
*feſſi ſunt. Credunt etiam à Philippo in Aethiop-*
*am miſſum eſſe diſcipulum, quem Lycanon appe-*
*lant, cumq́; religionis Chriſtianæ cultum, vſum-*
*omnem in Aethiopiam conſtituiſſe arbitrantur.*

*Iam hiſce primordijs Iudaicæ pariter & ...riſtianæ religionis apud Aethiopes cognitis: de ...ſa religione ſiue doctrina, Ceremonijs & ritibus ... Eccleſia Aethiopica vſitatis, quantum nobis ... legationibus vltro citroq́; miſſis conſtat, ex... icandum eſt. Nihil autem neq; de religione, ...q; de moribus, inſtitutisq́; horum Aethiopum ...onumentis & literis vſpiam mandatum eſt. Vt ...irum ſit, adeo clauſam fuiſſe Aethiopiam, vt ne ...ma quidem ad nos tot ſeculorum ætatibus e...anârit. Donec ad Eugenium Pontificem Ro...anum circa annum à Chriſto nato 1440. le...ati ex Aethiopia vſq; miſſi literas Papæ cum be...edictionis Pontificiæ ordine ac poteſtate, ad re...em ſuum retulerunt. Reliquæ ſunt iſtæ literæ in ...ula Athiopici Regis, & cuſtodiuntur ſanctè in ...rammatophylacio, & ſempiternæ hominum ...emoriæ ſint commendatiſſimæ.*

*Ab hoc rurſum tempore, tanquam clauſa ...ſſet Aethiopia noſtris hominibus, nemo neq; ...e Europæus ad Aethiopes in Africam, neq; in...le viciſſim ad nos quiſquam commeauit, vſq; ...d annum Chriſti 1486. quo Luſitanorum Rex ...oannes Secundus, Ioannem Petrum Luſita...um, cum alio quopiam Alphonſo, itineris Co...mite, ad explorandam Aethiopiam miſit. Fuit ...ille Petrus linguarum multarum peritus, do...ctus, facundus, induſtrius, laboris patiens, fe...lix, & homines, terrasq́; nouas inquirendi per...*

*cupidus. Miſſus igitur à Rege Luſitaniæ, a*
*eo,quem dixi, mercatoris habitu, primùm*
*mare in Aegyptum, inde ad mare rubrum,*
*pedeſtri itinere per Aethiopiam ad precioſ*
*Ioannem peruenit. Cui cum literas à Rege*
*cum tabula Coſmographica, quam Mapp*
*mundi vocant, reddidiſſet, per benignè ab eo*
*ceptus eſt, & muneribus affectus quam plu*
*mus. Etſi autem reditum ad ſuos ſeriò expe*
*ret, impetrare tamen haud potuit: ſed opib*
*honore & vxore nobili auctus eſt, vt deſide*
*um patriæ & ſuorum omne deponeret. Quam*
*brem inuentus fuit in aula precioſi Ioannis*
*oratoribus Luſitanis, & relictus etiam ibi a*
*no 1526.*

*Interea verò nonnulli de Luſitanis ex India*
*aulam Aethiopicam,non tàm ſalutandi,quam*
*nimi beneuolentiam regis Luſitaniæ nomine d*
*clarandi cauſſa,venerunt.Vt ergo ſuam viciſſi*
*in Regem Luſitaniæ voluntatē ac ſtudium oſte*
*deret Helena, quæ tunc regnum adminiſtraba*
*miſit vnà cum Luſitanis illis oratorē ſuum, Ma*
*thæum, mercatorem, natione Armenium, q*
*linguarum, rerumq́; plurimarum gnarus era*
*Hunc non ſolùm literis ad legationem neceſſari*
*inſtruxit,ſed vt coram etiam Regi Luſitaniæ ca*
*pita doctrinæ ſeu fidei,morum, & totius Eccleſi*
*Aethiopicæ ſtatum explicaret,mandauit. Don*
*præterea miſit crucem ex fruſto ligni illius fa*

*ctam*

um,in quo Chriſtus patiens & moriens pepen-
. Aliaq́; amoris & neceſsitudinis mutuæ, ve-
q́; Chriſtianæ documenta plurima addidit. Di-
ſſus hoc modo Matthæus cum Luſitanorum
uibus in Portugaliam venit, anno Chriſti
13. quæq́; in mandatis habuit, Regi Immanu-
i expoſuit.

Rex autem legatione iſta, donisq́; ex Aethio-
a vſq; ad ſe miſsis mirificè delectatus, non multo
ſt legationem nouam miſit, cum literis & mu-
eribus ampliſsimis: in qua præter cætera excel-
uit pietas & virtus Franciſci Aluareſi, Luſita-
ici Sacerdotis. Is enim totos annos ſex in Aethi-
pica aula commoratus rem omnem probè perce-
t, atq; cognouit. Nec ſolum cum Rege ipſo, ſed
iam cum Patriarcha de ordine Eccleſiaſtico,
r tota religione crebros & familiares ſermones
abuit: tum ſingulorum etiam rituum inſpector
r explorator diligens extitit. Dimiſſus autem
preciofo Ioanne, anno Chriſti 15 26. alium le-
atum Aethiopicum ſecum in Luſitaniam ad
Regem adduxit: & literas quoq; ad Pontificem
Romanum, Clementem Septimum, cum cruce ex
uro vnius pondo facta attulit. Apparet lega-
um iſtum precioſi Ioannis virum fuiſſe probum,
integrum & pium, qui in Luſitania ad annum
vſq; Chriſti 1539. propter aſsiduos bellorum mo-
tus, detentus eſt.

Literæ autem precioſi Ioannis redditæ ſunt

*Pontifici à Franciſco Aluareſo, Bononiæ, an*
*Christi 1533. Vbi præſente Carolo V. Impe*
*tore Romano, frequentiſſimo theatro & pla*
*magno lectæ atq; comprobatæ ſunt. Vtræq; v*
*literæ tàm ad Pontificem, quàm ad Imman*
*lem Regem ſcriptæ pietatis Christianæ & off*
*plenæ erant: Quibus primùm quidem Impe*
*tor ille potentiſſimus, Pontifici Romano, fall*
*tamen iudicio tanquam capiti Eccleſiæ cum*
*uerentia & obſeruantia ſumma ſeſe ſubijcieb*
*debitam obœdientiam illi, more aliorum Reg*
*Chriſtianorum, per Franciſcum illum pollice*
*Deinde beneuolentiæ, charitatis & neceſſitu*
*nis veræ officia ad vtrumq; deferebat, conſuet*
*dinem & amicitiam cum illi iungere cogitan*
*Regnumq; ſuum patere Chriſtianis omnibus*
*ſtendens, vt vltro citroq; nauigare tutò poſſin*
*Nam obſcurè etiam deteſtabatur Chriſtianoru*
*mutuò diſſidia, & ad ſocietatem belli aduerſ*
*Mahumetanos hortabatur, ſuam fidem, op*
*ram, & ſtudium ardentiſſimum ad oppugna*
*dos Chriſti hoſtes, ad fidemq; Chriſtianam co*
*uertendos promittens. Poſtremò viros erud*
*tos, ſacrarum literarum peritos, induſtrios Ty*
*pographos, & in omni genere artifices ſibi mi*
*ti petebat, quorum opera vti ad ornandam Ec*
*cleſiam & politicam ſuum poſſet. Non ſe inui*
*tum quenquam in ſuo regno retenturum oſtende*
*bat, ſed auctos honore, præmijs & mercede libe*

*ralite*

ter ſingulos eſſe in patriam dimiſſurum. Vt
iq; monumento clariſsimo ſuam in Regem
tugalia pietatem & fidem teſtaretur, coro-
n illi capitis ſui, vt filius clariſsimo ſuo patri
t, miſit.

Hac ergo Luſitanorum ſolertia & admira-
i induſtria patefacta Chriſtianis Aethiopia
noſci à nobis nuper admodum cœpit, nec ferè
icquam eſt tam reconditum aut abſtruſum in
thiopum religione, quod non à Franciſco Al-
reſo perueſtigatum ſit, vel à legato Aethiopi-
plena manu expoſitum atq; declaratum. His
tur autoribus vniuerſa commemoratio noſtra
ligionis Aethiopicæ nitetur, & tanquam riuu-
s ex eorum fonte perfluet.

Caput religionis Aethiopicæ eſt profeſsio
ri Dei, & filij eius Ieſu Chriſti, quæ Chriſtia-
rum eſt peculiaris & propria, ex qua vna
hriſtiani nominantur. In hoc capite pura, in-
gra & natiua eſt Aethiopum fides: vtpote qui
obiſcum confitentur, & adorant vnum Deum,
r tres perſonas Diuinitatis, Deum Patrem, De-
m Filium, ex Patre ab æterno genitum, pro no-
is incarnatum, mortuum & reſuſcitatum: &
Deum Spiritum ſanctum à Patre & Filio pro-
edentem. In hoc Articulo ferè ſacroſanctum
Symbolum Apoſtolicum & Nicenum ſequun-
ur. Niſi quod deſcendiſſe Chriſtum ad infe-
os aiunt pro anima Adami, atq; etiam pro ſua

*ipſius anima, quam ex matre Maria vir[g]*
*acceperit. Hanc enim opinionem penitus i*
*tam habent, quam conſtare ex antiquiſ*
*traditione Apoſtolorum ab ipſo Chriſto acc*
*perhibent.*

*Vetus teſtamentum cum nouo ſic con*
*gunt, vt ritus nonnullos Iudaicos & Chriſti*
*imitentur. Infantes omnes maſculos par*
*& fœmellas, octauo die ætatis circumcidu*
*Sed ad quadrageſimum diem maſculos, ad o*
*geſimũ verò fœmellas, niſi ægritudo aliqua fe*
*nationem deſideret, baptiſant. Circumciſion*
*quidem à regina Maqueda, quæ ad Salom*
*venerat, aiunt ſe accepiſſe. Baptiſmum v*
*à. S. Philippo, & Eunucho, quem Philippus*
*ptiſauit. Non tamen ex circumciſione, ſed*
*fide Ieſu Chriſti ſalutem veram ſibi conting*
*dicunt. Baptiſmum ſingulis annis renouar*
*cum in die Magorum, quo Chriſtus in Iorda*
*eſt baptiſatus, frequentia & multitudine ma*
*ma conueniunt, & nudi in aquam deſcendu*
*vbi Sacerdos manum eis imponit, ter imm*
*git, & verba Baptiſmi pronunciat: Baptiſo*
*in nomine patris, filij, & ſpiritus ſancti: addi*
*benedictione per ſanctæ crucis ſignum. Hu*
*morem à maioribus acceptum ſanctè obſerua*
*non vt primum baptiſmum extenuent, aut inf*
*ment, ſed vt à peccatis abſolutionem ſingu*
*annis conſequantur: Quin infantibus etiam*

*ip*

die,quo baptizantur,corpus Domini ſub ex-
a panis ſpecie impertiunt. Adulti verò ad cœ-
m ſanctam acceſſuri peccata prius confiten-
,& à Sacerdote omnium peccatorum abſolu-
nem conſequuntur. Tum Sacramentum inte-
um, verum corpus & verum ſanguinem Ieſu
riſti,tàm Clerici quàm Laici, matutino tem-
e, in templo accipiunt. Quo ſumpto,non fas
vlli expuere vſq; ad occaſum ſolis,niſi pœnam
auem ſubire velit.

Confirmationem & Vnctionem Pontifici-
neq; pro Sacramento habent, neq; vſurpare
ent. Pontificem Romanum vel errore quodam
inionis, vel gratiæ aucupandæ cauſſa, caput
cleſiæ agnoſcunt, & obædientiam erga Ro-
nam Eccleſiam præ ſe ferunt. Quanquam iu-
ri à Pontifice Romano neq; ante patefactam à
ſitanis in Indiam nauigationem potuerunt,
q; nunc quicquam ab eo propter interuallum
nè quindecies mille milliarium, conſequi poſ-
nt. Tot enim milliarium iter ait ſe confeciſſe
Luſitania in Aethiopiam miſſus legatus. Con-
nſum duntaxat Romanæ Eccleſiæ & coniun-
ionem aliquam cum Chriſtianis Europeis quæ-
iiſſe & expetiuiſſe videtur Helena Regina, &
ſt eam Dauid Rex. Quo coniunctis opibus &
mis hoſtes Chriſtiani nominis Mahumetani
ſſent deleri.

Ieiunant Athiopes compluribus diebus in
hebdo-

*hebdomade, & quidem ad occaſum vſq; So*
*Mercurij quidem die, vt renouent memori*
*conſilij Iudæorum, quo occidendum eſſe Cl*
*ſtum decreuerunt. Veneris verò, vt ment*
*gratis meditentur, & recolant paſſionem*
*mortem Chriſti. Eoſdem dies etiam ſacros*
*bent, præſertim veſpertino tempore, quo olim*
*ſus Chriſtus in cruce mortuus eſt. His add*
*alios dies quadraginta, quos quadrageſim*
*ieiunium vocant, & aqua paneq; ſolo victita*
*Feſta celebrant tum Chriſti, tum Mariæ eti*
*& nonnullorum ſanctorum, quibus conuen*
*in templis hora diei tertia à ſolis ortu, libr*
*Propheticos legunt, & opera diuina faci*
*Sabbatum quidem Iudæorum imitatione ſ*
*ctificant: Diem verò Dominicam ex Apoſt*
*rum inſtitutione celebrant. Vtroq; die feſto*
*um colunt, ſancta faciendo & profana vit*
*do. In templum non niſi nudis pedibus ingre*
*untur, in eoq; neq; ridere, neq; obambulare, n*
*de re vlla profana loqui, nec ſpuere aut ſcre*
*vlli licet.*

*Legis vſum illum eſſe maximum putant*
*peccata nobis oſtendat: ſeruari verò à nullo m*
*talium poſſe, excepto Ieſu Chriſto, qui eam*
*nobis impleuit, credunt. Sanctos quidem am*
*& venerantur, ſed non inuocant. Matri Chri*
*Mariæ virgini honorem magnum tribuunt,*
*neq; adorant, neq; opem eius implorant. Miſſ*

*ſing*

gulis diebus, ſacrificÿ loco, vnam tantum, nq́ breuem peragunt: Sed quæſtum in ea re llum planè faciunt. Neq; Sacramentum Eu-riſtiæ, vt Pontificÿ oſtendunt, neq; ad redi-ndum animas mortuorum ab inferni pœna ap-cant. Purgatorium tamen ignem non ne-nt. Propterea mortuus cum crucibus & ora-nibus, imprimis verò cum recitatione initÿ angelÿ Ioannis ſepeliunt. Tum ſequente die eëmoſinas pro eis offerunt, & poſtea etiam rtis diebus epulas funebres addunt, diebus ſa-Sabbati & Dominicis credunt animas eo-m, qui piè mortui ſunt, cruciatu omni in pur-torio vacare. Tandem verò expleto expiatio-ſcelerum commiſſorum termino, in cœlum, ad iet em ſempiternam euadere arbitrantur. Ad m verò rem non vllis indulgentÿs à Patriar-a datis, ſed ſola Dei miſericordia & gratia us eſſe iudicant.

Coniugium Clericis & Presbyteris non mi-us quàm politicis permiſſum eſt. Sic tamen vt, ortua vxore prima, ducere aliam non lice-t, niſi Patriarcha diſpenſante Concubinam quis alat, à ſacris arcetur. Qui verò Epi-ſcopus aut Clericus Spurium filium ſuſcepiſſe epræhenditur, huic ſacris ordinibus planè in-erdicitur, omniaq́; beneficia eripiuntur. Spon-cum ſponſa copulatio alicubi extra templum

fit, po-

fit, poſito toro, ante domum, in quo ſponſu
ſponſa collocantur. Tum accedunt Sacerdo
tres, qui voce contenta Alleluia & alia canen
lectum ſponſi ter circumeunt. Poſtea cinci
num vnum de ſponſi, ſimiliter & de ſponſæ ca
te abſcindunt, in vino ex melle confecto laua
permutant & vtriusq; capiti imponunt, adſp
ſaq; luſtrati aqua abeunt. Quibus peractis n
ptiale conuiuium incipit, quod in multam n
ctem producitur. Tandem domum ſponſa c
ſponſo deducitur, vnde neutri exire per menſ
vnum licet.

Alicubi in templo copulantur ſponſus
ſponſa ab ipſo Patriarcha. Vbi eodem modo ſta
te toro, circumit Patriarcha cum acerra
crucibus, poſtea conuerſus ad ſponſum, man
capiti eius imponit: Fac, inquiens, quæ in Eua
gelio Deus præcipit, cogitaq; non iam duos,
vnam carnem vos eſſe. Hæc vbi dixit, miſſa
communicatione adhibita, benedicit illis. Po
gamia à Rege quidem & politico Magiſtra
conceditur Aethiopibus: Sed in Eccleſia n
plures vxores habenti locus relinquitur. Imm
ne ingredi quidem templum vlli fas eſt, qui pl
res vxores habet, ſed pro excommunicato hab
tur, nec prius recipitur, quàm, repudiatis cæter
vnicam retineat.

Diuortia ſunt frequentia, & ſæpè leuib
de cauſſis: Exceptis tamen Sacerdotibus, quib
diſc

*ſcedere omnino à coniuge non licet. Ex quo paret, non probari Sacerdotibus iſtam leuitam, in re tam magna. Putant autem huic malo a potiſſimum occurri poſſe, ſi ſibi caueant, in onſalibus certa pœna aut multa ſtatuta in eam rſonam, quæ deſertrix fiat.*

*Solent quoq; ſecundum Moſi legem fratres atrum vxores ducere, vt ſobolem eis procreent. Nec tamen ab omnibus, ſed à potentioribus untaxat iſte coniugij abuſus exercetur. Nam uſtici & egentiores alij ſua quiſq; contenti coniuge, opera faciundo & victum quærendo fatigantur, vt ab huius blandiſſimæ Dominæ veneris timulis vacui ſint. Infantes ante ſuſceptum Baptiſmum morientes ſemichriſtianos idcirco ocant, quod parentum Chriſtianorum fide ſanctificati ſint, ſed nondum per Baptiſmum penitus inſerti Eccleſiæ. A cibis, quos lex Moiſi immundos habet, ipſi quoq; abſtinent. Hæreſin Arrij, Macedonij, Neſtorij, Eutychetis reijciunt & damnant.*

*Eccleſiam in Aethiopia gubernat Patriarcha, qui Abuna, quod eſt Pater, idiomate Aethiopico dicitur. Is Hieroſolymis primùm Monachorum, qui ſepulchrum Chriſti cuſtodiunt, ſuffragijs ritu ſolenni creatur. Poſtea à Patriarcha Alexandrino confirmatur & in Aethiopiam mittitur. Solet precioſus Ioannes, quoties Patriarcha nouo opus eſt, legationem cum*

*multis muneribus Hieroſolymam mittere, & i*
*de Patriarcham accerſere. Aduenıens verò P*
*triarcha, ex veteri inſtituto, cum Monacho*
*dinis Diui Antonij Eremitæ, magno ordinu*
*omnium conſenſu, congratulatione, plauſu & l*
*ticia excipitur. Deligitur autem ad eiusmo*
*officij munus vir eximia pietatis, grauitatis*
*eruditionis laudibus præſtans, & ætate cæte*
*antecellens. Huius partes præcipuæ ſunt, ſacr*
*ordines conferre, & diſciplinam Eccleſiaſtica*
*tueri, excommunicare contumaces, qui ined*
*ad mortem vſq; coërceri ſolent. Ius autem tr*
*buendi Epiſcopatus & Eccleſiaſtica beneficia ſ*
*lus ſibi vendicat precioſus Ioannes. Sacerdotu*
*agmina ingentia ſunt in Aethiopia, quemad*
*modum etiam Monachorum. Vidit Franciſc*
*Alucreſus ſemel à Patriarcha ordinari Sace*
*dotes bis mille trecentos quinquaginta ſex. Ali*
*temporibus ad quinquies vel ſexies mille ſem*
*ordinari ſolent. Fitq; ordinatio talis ſingulis a*
*nis bis. Apparet eſſe homines, qui in eum ordi*
*nem cooptantur, neq; literarum, neq; artium d*
*ctrinæ aliqua perpolitos. In Presbyterorum ve*
*collegium nemo ante trigeſimum ætatis annu*
*recipitur. Fit quoq;, vt, vacante Patriarchat*
*ſede, inopia Sacerdotum laboret Eccleſia. Id*
*fit propter bella aſſidua Chriſtianorum cont*
*Mahumetanos & vicinos Ethnicos: Vnde in*
*terdum aditus ad Hieroſolymitanos Monacho*

*ex Aethi*

Aethiopia non patet. Hinc mira exiſtit in
cleſia vaſtitas. Monachorum verò plena ſunt
mia in regno precioſi Ioannis. Hi non ſolùm
nobia, quorum magna eſt copia, incolunt, ſed
lica etiam munia obeunt, rei militari ope-
m nauant, & emendo, diſtrahendóq; mercibus
plicantur. Deniq; non eſt vllum genus homi-
um per vniuerſam orientem, quod frequentius
gotietur, quàm Monachi & Sacerdotes. Vt
nnium locorum & temporum experientia com-
obari videas, id quod in verſu dicitur: Quic-
uid agit mundus, Monachus vult eſſe ſecundus.
Nec verò exiſtimandum eſt decimis aut Eleë-
noſynis, vt in Europa, Presbyteros, Monachos,
& alios Eccleſiæ Aethiopicæ miniſtros ali. A-
ros duntaxat habent aut hortos, quos colere
Monachos & clericos oportet, vt parent, quæ ad
cultum & ad victum ſuppeditant. Mendicare
verò aut à plebe aliquid petere prorſus non li-
cet, niſi ſponte aliquid largiri quiſpiam in tem-
plo, vel pro mortuorum exequijs vel pro alijs re-
bus pijs velit.

Habent Aethiopes quendam librum, quem
ab omnibus Apoſtolis, quando Hieroſolymis
congregati fuerunt, ſcriptum eſſe arbitran-
tur. Hunc ſua lingua vocant Manda & Abety-
lis: creduntq; adeo omnia, quæ in eo continen-
tur, pro Euangelio habenda eſſe. In hoc præter
cætera comprehenduntur quædam præcepta,

*vt Sacerdos in adulterio, homicidio, latroc*
*deprahenſus aut dati teſtimonij falſi reus, ea*
*pœna cum cæteris maleficis afficiatur. Vt Ec*
*ſiaſtici pariter & politici poſt matrimonial*
*congreſſum à templi ingreſſu abſtineant, quat*
*& viginti horis. Continentur etiam nonnulla*
*repurgatione mulierum à menſtruo fluxu &*
*partu leges, quas, quod vſum nobis nullum af*
*rant, non libet commemorare. Illud verò non*
*utiliter cautum eſt in eodem libro, vt ſingulis a*
*nis in Eccleſia Chriſti bis Synodus cogatur,*
*qua de rebus Eccleſiaſticis omnibus diligens e*
*ploratio & iudicium fiat.*

*Hæc ferè ſunt, quæ de religione ac fide, r*
*tibuſq; Aethiopicæ Eccleſiæ, ſub precioſo Ioann*
*cognoſcere hactenus nobis contigit. Quoru*
*pars bona cum monumentis Teſtamenti veter*
*& noui conſentit. Eiuſmodi etiam planè ſunt*
*Dei cognitionem, tum fidem etiam & cultu*
*Chriſti vnici Seruatoris noſtri præ ſe ferant. V*
*autem nulla Eccleſia in terris abſq; næuis vn*
*quam exſtitit: Sic nec Aethiopica maculis &*
*erroribus penitus vacat. Idq; mirum minus eſt*
*cum Scholæ ibi, literarum & doctrinæ ſemina*
*ria, nullæ reperiantur, præterquam quod Sacer*
*dotes liberos ſuos literarum doctrina, quoad fer*
*facultas, erudiunt: quo & ipſi Sacerdotio fung*
*poſt aliquantò queant. Nec qui adſperſos næ*
*uos eorum emendâſſet, hactenus inuentus fuit*

*vllus*

us. Narrat Franciſcus Aluareſus Patriarcham
thiopicæ Eccleſiæ, in priuato quodam Collo-
io, grauiter eſſe queſtum de talibus erratis,
rectionemq́ſeu reformationem ſeriò expeti-
ſe. Quod ſanè deſiderium eius: vt pium eſt, ita
tis omnium Chriſtianorum comprobandum.
xit modò Deus immortalis, vt huius ſui voti
iquando compotes fiant Aethiopes, & emen-
tionem Eccleſiæ ſuæ felicem ſalutaremq́ adi-
ſcantur. Quod quidem optare illis multo eſt
ilius atq; æquius, quàm vel verborum contu-
elijs eos lacerare, vel Chriſtiani nominis hono-
ſpoliare velle. Quod ſibi in Luſitania acci-
iſſe, queſtus eſt legatus Aethiopicus, vbi à Sa-
erdotibus Pontificijs, velut Ethnicus & Ana-
hema eſt habitus, ab vſuq́ cœnæ ſanctæ omnino
rohibitus.

Error eſt profectò, vel certè infirmitas ma-
gna, quod Iudæorum ritus nonnullos retinent
atq; vſurpant. Sed ignorantiæ libertatis Chriſti-
anæ peccatum eſſe videtur. Quod verò Sacerdo-
tibus coniugium permittitur, id neq; ſancto Dei
verbo repugnat, neq; ab Apoſtolica ordinatione
alienum eſt. Quamobrem nec à Chriſtianis vl-
lis vituperari debet. Niſi ſi qui Pontificis Ro-
mani decreta pluris facere velint, quàm ipſius
Dei mandatum, autoritate Chriſti & Apoſtolo-
rum eius ſtabilitum. Ex quo ſanè intelligi fa-
cilè poteſt, quàm impiè inhumaneq́ fecèrint

*Luſitanici Sacerdotes, quod iſto nomine in Ae-
thiopicum legatum tam acerbè inuecti ſunt
tamq́; aſperè eum tractarunt.*

*Baptiſmi iteratio per annos ſingulos erro-
quodam initio introducta eſt, & vetuſtate ſu-
conſenuit. Eſt autem tanta vis vetuſtatis atq́;
conſuetudinis, vt vbi ſemel inſedit, euelli non fa-
cilè poſſit. Ac mirum eſt Aethiopes Baptiſmum
toties renouare, cum non iterare poſſint circum-
ciſionem. Verùm de his omnibus quid facere me-
lius poſſumus, quam vt mentem illis meliorem
precemur, & fidei puritatem atq́; integritatem
eam, quæ verbo Dei congruens eſt? Lætitiam
profectò ac voluptatem magnam perceperant
Aethiopes ex primo in regnum ſuum aduentu
Luſitanorum: fore nimirum exiſtimantes, vt ea
noticia atq́; conuerſatio perpetuam, vt animo-
rum ac voluntatum ſic etiam religionis ſimilitu-
dinem atq́; coniunctionem afferret. Sed vereor,
ne contumelioſa & aſpera tractatione legato-
rum ſuorum per Pontificios Sacerdotes & Mona-
chos alieniores ab Europeis Chriſtianis ſint facti.
Quemadmodum in India Occidentali magna
pars iniquitate, auaritia, libidine & immanita-
te Chriſtianorum à fide Chriſtiana deterrita
eſt: vel certe, vt eam maxime receperit, iterum
tamen ad priſtinum idolorum cultum defecit.*

*Probanda verò & laudibus ſummis deco-
randa eſt inſignis cura & induſtria duorum Lu-*

*ſitaniæ*

aniæ Regum, Ioannis ſecundi, & Immanuelis,
i ſumptibus & nauigationibus ſuis in Indiam
rientalem iter in Aethiopiam meridionalem
briſtianis Europeis, & Aethiopibus viciſsim ad
cclesiam Occidentalem aperuerunt. Quod ſi
ſq; his Ducibus fuiſſet, ipſum etiam nomen
briſtianæ Eccleſiæ in Aethiopia ignoremus. Sic
im ab ea parte qua Arabiam & Aegyptum ſpe-
at, hoſtibus Chriſtianæ fidei, Arabibus & Ma-
umetanis infeſtum & periculoſum habet adi-
um, vt clauſa penitus eſſe videatur. Niſi igitur
er mare Indicum & Magellanicum ſuis naui-
ationibus tutum tranſitum Luſitani præbeant:
n Occidentem penetrare ex Aethiopia nemo fa-
ilè poteſt.

Hoc igitur vnum eſt de præcipuis & ma-
imis beneficijs, ſeu potius miraculis Dei, quibus
ſuum in Eccleſiam amorem, benignitatem &
lementiam, hac poſtremi mundi ſenecta, cumu-
late conteſtatus eſt. Quod tanto interuallo loco-
rum diſiunctas Eccleſias Chriſtianas, per nouam
& ante inauditam nauigationem, quaſi coniun-
xit: vel certè de fratribus Chriſtianis procul ad
meridiem in Africa habitantibus nos certiores
fecit: vt in illos intuentes, ſtatu noſtræ Eccleſiæ
eò impenſius lætemur, quæ luce maiore nos diui-
nitus donatos intelligimus. Etſi enim Chriſtum
nobiſcum cognoſcit, inuocat & colit Aethiopi-
ca Eccleſia: multis tamen erroribus implicata

*hæret. Nec tanta eſt doctrinæ puritas atq; copi*
*quanta nos affluimus.*

*Monachos illa quidem & Sacerdotes hab*
*ſat multos, nec templis etiam ad faciendam re*
*diuinam caret. At quid ſunt Monachi aliud*
*quàm indocti, inertes & profani ventres? In qu*
*bus quod optimum eſt, & ſpeciem ſanctitatis m*
*ximam habet, cultus eſt humana autoritate*
*vel potius audacia, nullo diuino mandato conſ*
*ctus & errore opinionis vetuſta corroboratis. A*
*his quæſo quid commodi capies? quid ue ſalutis ex*
*petes? Non doctrina imperitos erudiunt, non con*
*cionibus plebem informant, non mæſtas conſci*
*entias erigunt. Quantum quidem intelligo, et*
*iam Sacerdotes ipſi in Aethiopia conciones nul*
*las ad populum habent. Quemadmodum in Pon*
*tificia Eccleſia multis in locis prædicatio Euan-*
*gelij conticeſcit.*

*At vide in noſtra Eccleſia quanto meliora &*
*vberiora ſint omnia? Non deſunt ſcholæ, non pro-*
*feſsio artium & literarum, non explicatio doctri-*
*næ cœleſtis, non conciones, non vſus Sacramento-*
*rum: quibus omnibus ſic abundamus, vt quotidie*
*ijs circumſonent aures noſtræ. Eſt igitur quod*
*gratis mentibus tanta Dei beneficia agnoſcamus*
*ac celebremus, demumq; operam, ne noſtra ignа-*
*uia, vel impietate, vel petulantia intercidant. A-*
*lioquin id nobis euenturum eſt, quod minatur fi-*
*lius Dei, vt Regina Auſtri in extremo iudicio nos*
*condemnet.*

Eſt

Eſt autem Auſtri Regina non alia, quemad-
dum ſupra memini, quàm quæ de Saba ex
thiopia venit Hieroſolymam. Ea enim Ae-
opia Auſtrialis eſt maximè, & ad terræ ter-
nos, ſeu fines declinat, hoc eſt, interuallo lon-
ſsimo ab Hieroſolymis diſtat meridiem verſus,
extrema eſſe videatur in plaga auſtrali, &
aſi finis terræ habitabilis: perinde vt Galli-
olim finis terræ verſus Occidentem credita
, antequam tot Inſulæ nouæ Occidentales à
ſitanis & Hiſpanis inuenta ſunt. Nunc verò
ſteaquam nauigatio in Oceano Magellonico
r totum Meridiem, ad polum fermè antarcti-
um vſq; patefacta eſt: ſuperati ſunt limites
iterræ auſtralis, quos Aethiopia hac, Precioſi
annis regnum cōſtituit. Narrat enim hiſtoria
ethiopica recens ſupra viginti millia Inſula-
um ad Auſtrum inueniri, quæ tamen nondum
tis omnes exploratæ ſunt & cognitæ. Vocat
taq; filius Dei Aethiopiam terræ finem, vel ſe-
undū vulgi opinionem, quod tunc vltra Aethi-
piam nulla terra firma fuerit perſpecta & co-
gnita, vel loquitur figuratè per auxeſin, vt ſit
terminus terræ, idem quod longo quodam in-
teruallo diſtans aut remotum.

Quod ſi, vt ſuprà attigimus, ſedem tunc ha-
buit Auſtri Regina in vrbe Saba, quæ & Me-
roë dicta eſt; hodiè verò Elſaba appellatur: iter
eius Hieroſolymam verſus, milliarium germani-

 corum

corum fuit fermè ducentorum quinquaginta. E
enim poli eleuatio ibi graduum ſedecim, minut
rum viginti quinq; Quod conſiderare ac noſſe n
vult Filius Dei, cum languorem nobis exprobra
& Reginæ Auſtri profectione de terra termin
ad Salomonem, tanquam exemplo in illuſtri lo
poſito, ad curam & diligentiam audiendi an
plectendiq; Euangelium acuit. Neq; verò intell
gi hoc ipſum exemplum à nobis poteſt, niſi locum
vnde venerit Regina Auſtri, & itineris magnitu
dinem inueſtigemus.

Cauſſa verò cur iter tantum, via tam æſtu
oſa & puluerulenta confecerit, Auſtri Regin
fuit, vt audiret ſapientiam Salomonis. Tan
ardens ſcilicet in ea erat amor & ſtudium ſapi
entiæ, vt nulli ſumptui, nulli labori parceret, qu
ſitim quaſi diuturnam explere poſſet. Quod a
nos excitandos imprimis pertinet, vt cum Regi-
nam tanta potentia, opibus ſapientiaq; laudibu
florentem Salomonis ſapientiæ cauſſa, iter tan
longinquum & arduum ſuſcipere non piguerit:
multo minus nos tædeat clamantem in plateis no-
ſtris veram illam & cœleſtem ſapientiam, hoc
eſt, Euangelium Ieſu Chriſti, cuius vocibus per-
ſonant omnia templa, Scholæ & parietes noſtri,
audire & tanquam ſummi pretij theſaurum co-
lere atq; in oculis ferre. Illa Salomonis ſapientiæ
admiratione tanquam attonita obſtupuit, quæ
tamen riuulus tantùm diuinæ illius ſapientiæ

fuit

it ad Salomonem tranſlatus, vel certè cum eo
mmunicatus. Nos verò ipſius Filij Dei, fontis
pientiæ omnis, voces, conciones, oracula habe-
us, legimus & auribus percipimus, vnde veram
lutem animæ & corporis, æternamq́ beatitu-
nem haurire & conſequi poſſumus. Non Hiero-
lymam moleſto itinere, non Romam, non Com-
ſtellam procul in Gallicia ſitam accurrere co-
mur, vt Regina Auſtri, & ante accenſam de-
iò Euangelij lucem, maiores noſtri factitarunt.
ed obuia ſunt omnia. Non aurum & gemmas,
uales ad Salomonem Auſtri Regina attulit, nos
dportare neceſſe eſt. Gratuito & non grauatè
fferuntur omnia. Id vt cognoſcamus & gratum
cceptumq́ habeamus, præclarum hoc Reginæ
lethiopicæ exemplum nos monet. Quanto enim
ac Auſtri Regina beatiores ſumus? Quanto me-
ior etiam noſtra eſt conditio, quàm virorum &
eruorum Salomonis, aſsiduo eius conſpectu &
apientia fruentium? Ob quod beatos eos Regi-
a iſta prædicabat. Quo autem plus lucis diui-
ia nobis tributum atq́ conceſſum eſt clemen-
ia: eò pœna etiam grauior in nos conſtituta
eſt, ſi tantam bonorum affluentiam aſpernemur.
Quanti enim eſt, quod ait Filius Dei? Regina
Auſtri ſurget in iudicio extremo, & condemna-
bit ingratos & contumaces Iudæos. An non eo-
dem modo condemnabit etiam nos, ſi in tanta
luce & copia Euangelij ſegnes, durosq́ nos præ-
bueri-

*buerimus? At quam turpe erit, ne dicam fun-
ſtum & exitiale, audire coram iudice Chriſt-
in cætu Angelorum & hominum, vocem Regi-
huius exemplo ſuo ita nos condemnantis, vt ex-
cuſationis nulla relinquatur venia?*

*Quod dedecus cum ſempiterno exitio co-
iunctum vt euitemus, oculos & mentes ident-
dem ad hoc Aethiopicæ gentis exemplum, quo
ipſemet Filius Dei in conſpectu noſtro ponit, refe-
ramus. Tum ad alios etiam fratres & ſorore-
noſtras paßim in vaſtis mundi angulis diſperſa-
reſpiciamus: vt non ſolùm, quæ conſenſio diſpen-
ſioq; in religione, fide & cultibus Dei ſit, perſpi-
ciamus, ſed ex aliorum etiam infelicitate, errori-
bus, cœcitate aut pertinacia noſtras opes expen-
damus atq; æſtimemus. Ita enim & magnitudi-
nem Dei in nos amoris & beneficentiæ magis co-
gnoſcemus, & pietatis flammæ in pectoribus no-
ſtris accendentur, tum gratioribus animis Dei no-
men perſequemur. Quod hac oratione potißi-
mum ego ſpectaui: nec fructus hiſtoriarum lecti-
onis vberior vllus eſt, quàm vt ad curam cul-
tumq; pietatis incendat, ad imitandum honeſta
declinandumq; turpia inflammet, & migrandi
deniq; in cœleſtem patriam ex huius
mundi ſqualore deſideri-
um exuſcitet.*

FINIS.

# DE
# RVSSORVM
RELIGIONE, RITIBVS NVPTIARVM, Funerum, Victu, Veſtitu, &c.

ET

*DE TARTARORVM religione ac moribus: vera & luculenta Narratio.*

AD

*D. DAVIDEM CHYTRAEVM recens ſcripta.*

Alia eiuſdem Argumenti

DE RELIGIONE SACRIFICIIS VEterum Boruſſorum.

*Ad Cl. V. Georgium Sabinum olim miſſa.*

# DE RVSSORVM RE-LIGIONE, RITIBVS NV-ptiarum, Funerum, Victu, Ve-ſtitu, & alijs moribus.

*IN Epiſtola mea, XVI Calend. Maij ad te miſſ. pollicitus ſum, de Ruſſ rum religione & ritib pauca me tibi perſcript rum. Accipe igitur erec fronte, quod mittimus, hoc tibi perſuade, fieri poſſe vt verba quidem n ſatis Romana ſcribam: Res autem ipſas mend cij & vanitatis penitùs fore expertes. Nihil en ex alijs auditum, nihil ex aliorum libris ha ſtum, nihilq́ incognitum commemorabimus, ſ quicquid oculis vidimus noſtris, de illo conteſt bimur.*

*Polocia deditione recuperata, Soccolia Czuſſa, Turobla, & alijs Albæ Ruſsiæ oppidis fe ro & flamma funditùs euerſis, Germani omne qui ſub Chriſtophoro Bombsdorffio militaban dimiſsi ſunt: ſolis Boruſsis in Ruſsia manendu fuit, vt aliquo tamen præſidio iſtarum terraru incolæ defenderentur, ſi quam fortè eruptione facere vicini vellent Moſchi.*

Eg

RELIGIO RVSSORVM.

Ego itaq; media in barbarie hærens, ama-
animi moleſtias iſta ferè ratione ſemper ex-
ſi: Flamines Rutenicos adij, cumq; illis per in-
pretem de fide & religione collocutus ſum. Si
rò interrogantur, an in ſanctam Trinitatem
edant, conſtantiſſimè quidem hoc ipſum adfir-
ant. Si teſtimonia ſacrarum literarum tibi da-
petis: Illi in libros ſuos, quos per manus à ma-
ibus acceperint, ita ſcriptum eſſe aiunt. Porrò
libros iſtos videre quis auet, Pſalterium Pro-
etæ & Regis Dauidis, quod ipſorum lingua
ud Oſtorocenſes impreſſum Excellent. tua
itto, oſtendunt. Nouum præterea Teſtamen-
m, Apoſtolorum res geſtas, D. Pauli Epiſtolas
nes: Item Homilias Chryſoſtomi, Baſilij,
regorij Nazianzeni, ex Græco conuerſas &
anu ſcriptas habent, cum preculis quibusdam
d beatam Dei genitricem & S. Nicolaum di-
endis, neq; tamen, quare hos libros poſſide-
nt, ſcire poſſum, cùm diebus Dominicis puras
lummodò fabulas populo prælegant. Iſta
nim feria, qua nos legimus Euangelion de re-
ocato ex mortuis filio viduæ Naimicæ, hoſpes
eus, Conſul Deiſnenſis, Alexius Cæſarinus Ru-
enus, in ſuo ſe templo hanc lectionem audiuiſ-
, dicebat: Chriſtum matri Mariæ obuiam fa-
tum ſuppliciter ab ea vnum rogaſſe nummum,
atrem verò, cùm & ipſa nihil habet argenti,
ilium CHRISTVM cum dolore ſuo di-
miſiſſe

DOCTRINA.

*miſiſſe è conſpectu. Vides qualibus nugis de*
*ant miſeram plebeculam, ſed nec ipſi Doc*
*meliora ſciunt, & ſi audiunt, cachinno qu*
*explodunt. Soli namq; ſuam admirantur*
*bariem.*

*Papæ Romani nomen ægrè in aures d*
*tunt ſuas: ſeq; Græcorum ſocios in religion*
*Pontificis Byzantini maieſtatem venerari*
*mant, qui quidem ſuum Metropolitam in*
*Moſchouia habet, virum apud Ioannem B*
*dem ſummæ auctoritatis & exiſtimationis,*
*ex Chriſtiano Boccornio, Magni Ducis co*
*natore, qui triennium in aula Moſchorum*
*ſuo Principe vixit, intellexi.*

*Ruteni verò, qui Regis noſtri Imperio*
*rent, Metropolitam ſuum Vilnæ habent, cu*
*men eſt Anicephero. Hunc magnifico & ſp*
*didiſſimo habitu indutum, ſenioq; & cana*
*ba venerabilem, 20. Iunij Vilnæ ſacra pera*
*tem vidi.*

*Ruſſi delubra habent plerumq; lignea,*
*cto ſcandulari, in ſummitate templi ſignum C*
*ſti in crucem ſublati conſpicitur. Horologij*
*otericis planè deſtituuntur. Et tamen die*
*lis circiter quartam matutinam νεκροθά*
*eorum tintinnabulis pulſans populum ad*
*cra vocat. Tùm vero matres atq; viri, pu*
*innuptaq; puellæ lecto valedicentes veſtem*
*m*

*unt, ad Eccleſiam ſumma cum feſtinatione roperant.*

*Verùm enimuero pedem domo non efferunt, iſi prius genium ſuum dictis precibus mitigaerint. Habent autem tabellam quisq; ligneam, n qua capita aliquot depicta conſpiciuntur, ad anc cum tota familia accedentes, cum gemiu & lacrumis S. Nicolaum, eiusq; in cælo comnilitiones pro ſalute domus ſuæ ſupplices deprecantur, atq; interim tanta cum deuotione pelus tundunt, vt cuiuis aſtanti facilè cordolium excitent.*

*Iamq; penatibus placatis ad ſacram ædem diſcedunt, cuius limina quamprimum tetigerunt, magna cum reuerentia caput telluri illidunt. Et ſanè, ſi frons animi ianua rectè dicitur, non video quali ſub ſidere homines Dei numen religioſius adoraturi ſint, quàm hi, de quibus loquimur, ſi modò pro vanis fabulis verbi cæleſtis veritatem aliquando cognoſcant. Dolendum autem magnoperè eſt, lucem clariſſimam Euangelij illis nondum penitus illuxiſſe.*

*Locum templi ſecretiorem Flamines bini occupant: hic ara ſancto Nicolao dedicata videtur cum eiusdem imagine. Auditores & populus in ambitu templi ſeſe continet. Fœminæ verò, quæ præterita nocte Veneri militârunt, in penetralia ſanctæ ædis non veniunt, ne locum profanent. Cæteræ accedentes propius candelas*

 *cereas*

*cereas inflammant, & ſacrificulo offerunt. I*
*candida veſte bombycina indutus eſt, calui*
*& pallida facie deformis, Crucem ſanguinei c*
*loris à tergo penſilem habens.*

*Tandem è ſacrario egreditur, & thurib*
*lum dextra tenens, tàm forti odore Diabolos*
*loco ſancto abigit. Mox rituales libros pr*
*mit, & aliquam fabellam de S. Nicolao rec*
CONCIONES. *tat, quem illi tanquam Deum tutelarem ſem*
*per colunt. Euangelij lectionem vnam nunqua*
*hîc audiui. Interea adytum clauditur. Sace*
*dos ſi inter legendum aut erret, aut lingua t*
*tubet, aut vocem aliquam depreſsius enuncie*
*grauiſsimè propterea ab auditoribus obiurgat*
*qui eum & ſacro loco indignum, & libros a*
*tradendos vnanimi voce proclamant.*

*Lectione finita, ad anticum ſacrarij, in qu*
*imago Nicolai aſſeruatur, ſeſe conuertit, D E*
*VMQVE patrium multis ſuſpirijs rogat,*
*commoda Ruſſorum & gentem ſibi deditam*
*contra hoſtes incolumen ſeruare dignetur. O*
*rantem lamentabili vociferatione & quiritat*
*excipiunt non tantùm ſcholaſtici, ſed omne*
*quotquot iſto videntur in fano: ſubinde iteran*
*tes hanc vocem: Hoſpody, Pomyloy, hoc eſt*
*Propitiare nobis ô Domine. Dum hæc agun*
*tur, anticum ſacrarij non aperitur.*

*Myſt.*

Myſta autem per pſeudothyrum in illud in-reditur, daduchis tribus præcedentibus. Cùm n adytum ventum eſt, ſacram Cœnam verbis b ipſo Chriſto expreſſis conſecrat, ſed lingua antùm patria. Atq; hæc fiunt in ara Nicolao acrata. MISSA.

Mox fores patent: Populus verò quia cer-um numẽ in iſto loco habitare exiſtimat, egre-dienti Sacrificio magno eiulatu occurrit, ſex-centies hanc vocem decantans: Hoſpodij Pomy-loij. Hunc clamorem, nolarum & cymbolarum tinnitus mirum in modum auget.

Vt verò in toto iam facta ſilentia templo, Sacerdos pedetentim procedens, arcana ſacra toti populo commonſtrat, calicemq; plumbeum, cum operculo ſerico in dextra, & ſcutellam ex eodem metallo in ſiniſtra tenens. Dum in genua procidunt auditores, ille lingua Rutenica hæc verba proloquitur: Hoc eſt Corpus, & hic eſt ſanguis Domini Ieſu Chriſti, quem Iudæi innocentem morte mulctarunt. Tùm denuò inter gemitus & ſuſpiria muliebriter lamentantur, & tundunt pectora palmis.

Flamen ilicò in ſacrarium regreſſus, in ara Nicolai ſacramentũ deponit, donec veniant qui eo vtantur, quod interdũ fit ſequenti die Caluẽ, ſi vinũ non habent, ex calido Medone conſecrãt.

*Panem verò azymum domi ſuæ pinſunt ciues, & deinde, quoties cœleſte illud conuiuium accedere gaudent, ſacerdoti offerunt, vt conſecret, & cum calice diſtribuat.*

*Peractis ſacris libro ad manum reſumto, Pſalmum vnum vel plures demurmurat ſacrificulus, crucemq; ex argento puro factam omnibus exhibet oſculandam. Poſtea ſuam quisq; domum diſcedunt, & admodum rari ad veſpertinas preces reuertuntur.*

*Polociæ autem & Vilnæ, maiori pompa & ſplendore rebus diuinis vocant. Vbi ſupellectilem ex auro & argento copioſam habent in eccleſijs. Vilnæ triginta templa habet, omnia ferè opere latericio ſtructa.*

Statuæ nullæ, ſed Imagines pictæ.

*Statuas nullas in templis venerantur, ſed D. Nicolai & Mariæ virginis imaginibus ſcrupos quoſdam argenteos, Ceralia & alias exuuias dono dederunt. Has quoq; Picturas, tanquam numinis aliquid habentes religioſè colunt, & quotannis in Duna fluuio bis abluunt, atq; tandem magna cum pompa priſtinum reducunt ad locum.*

BAPTISMVS.

*Præterea myſticæ ablutionis ſacramentum in ſuo cœtu retinent, ita tamen vt hoc negocio per omnia ferè quam proximè ad Romanenſes accedant. Multùm hic perditur olei, operæ & vnguenti. Poſt longas tandem ceremonias Flamen toto congio perfundere ſolet infantem, ita*

*inquiens :*

quiens: Baptizo te per nomen patris, & filij, ſancti Spiritus. A patrinis deinde more patrio rnis aliquot tenellus puſio humectatur: Et liet hîc aſpera hyems crudeliſſimè ſæuiat: tamen anta gelidarum copia aquarum ſuam ſobolem bluunt, ſi quis cauſſam quærit, reſpondent illi: teneris aſſueſcere multum eſt. Poſtremò Flamen infantulum iterum comprehenſum blandè xoſculatur, illiusq; caput ad crucem, quæ temli foribus inciſa eſt, magno impetu ter vibrat, & niſi teſtes baptiſmi ictus audiant, indignantur propterea, neq; puerum rectè ſacris initiatum credunt: Sacro finito Flamini tres panes (quos à forma pyramidali Pyracno vocant) porriguntur cum nummis aliquot argenteis, templumq; clauditur.

Sacerdotes Rutenici proprias vxores habent, & ſunt coniuges. Si quis dicit à Papa matrimonium clericorum improbari, excandeſcunt vti rapidis cùm ferrea flammis lamina Cyclopum excoquitur flagrante camino. Reditus certos & certa ſtipendia non accipiunt, & tamen auditorum beneficentia liberaliter aluntur, Cucullos prorſus ignorant. Cærulei coloris tunicam plerumq; duplicem habent: Capillis ad humeros & pectus dependentibus apprimè gaudent: & quò quiſq; eſt nigrior, & adſpectu inamabilior, tanto maiori apud populum eſt in dignatione. Raſo præterea vertice & immiſſa SACERDOTES.

 barba

*barba grauitatem præ ſe ferunt ſingularem
Vitæ alioqui adeò impuræ & execrabilis, vt n
delubris Deorum, ſed piſtrinis molitorũ digno
adfirmare poßis. Si quoties enorme aliquo
flagitium perpetrârunt, ad populum ſe ſatis ar-
roganter excuſant, ſeq; Deorum fratres & vi-
carios eſſe aiunt, ità quidem, vt quidquid ege-
rint, id cœli Quiritibus gratum exſtitiſſe mini-
mè dubitent. In tabernis publicis vinum adu-
ſtum totos dies potant: Cumq; iam nec men
nec pedes officium faciunt, ſæpè velut emortu
in medijs plateis concidunt & obdormiſcunt.
Germani certè milites non ſemel iacentes per-
minxerunt. Poſtero die cum ad peragenda
ſacra in templum redeunt, non aliter coluntur
à populo & amantur, quàm ſi nuper ex concilio
immortalium Deorum miſsi veniſſent legati.*

*Scholas ſemper templis adiunctas habent.
In illis triginta annorum iuuenis prima litte-
rarum rudimenta pueritiam docet. Littera
ipſorum alphabeticæ veteribus Græcis quàm ſi-
millimæ ſunt. Catecheſi nulla vtuntur: ſed pre-
culas ad beatam Virginem & D. Nicolaum in
libris deſcriptas pueris proponunt. Symbolum
tamen Apoſtolorum verbis quibusdam immuta-
tis addiſcunt. Huic adduntur Hymni Dauidis,
quos illi nocturna verſantq; manu, verſantq;
diurna. Pueri annorum trium & quatuor, ſi
fortè inualetudine aliqua corripiuntur, ſtatim
Flamen aduolat, & ſacramentum ſub vtraque*

ecie illis etiam diſtribuit. Tùm verò iuſſu
ıcerdotis ſeriò prouidendum eſt parentibus, ne
le puer, ſacra qui vſus eſt cœna, toto biduo oris
xcrementa in terram exſpuat.

Ferijs eſurialibus plebs miſerè obnoxia eſt.
Cumq; totus iam præterijt annus, vix paucis
liebus illis carnes comedere licuit.

MATRIMONII contrahendi ratio
alis eſt: Iuuenis, ſi cui fauet puella, propinquos
treis quatuorúe ablegat, qui parentes de elo-
canda virgine interpellent: Hi verò vt vehemē-
tius animum proci irritent, nihil iſto de negotio
confieri poſſe adfirmant: & quandam apud in-
ternuncios ſimulant grauitatem. Sponſus tali
ſpe fruſtratus, alia rem via aggreditur, tēpusq;
& occaſionem venandæ virginis diligentiſſimè
obſeruat. Illa verò ſi fortè domo paterna e-
greditur, miniſtri in inſidijs collocati incautam
& nihil tale timentem in caſſes ſponſi venatoris
conijciunt: quæ ſimul atq; deflorata fuerit, mit-
tuntur alij ad parentes legati, qui partim cul-
pam deprecentur, partim amoris vehementiam
accuſent. Tùm demum parentū impetrato con-
ſenſu nuptijs dies dicitur. Neq; enim illis cohabi-
tare licet, niſi ſolēnitate publica copulētur. Igi-
tur circa horam noctis 11. ſponſi cum fidibus, fa-
cibus & fiſtulis ad delubrum deducuntur. Ante illorum aduentum, aliquot vaſcula, ſicera, me-
licrato & cereuiſia plena huc aduecta ſunt.

NVPTIARVM ritus.

*Conuiuæ itaq; vtriusq; ſexus ſaltando, luden-do, clamando & ridendo bonam noctis obſcur[æ] partem conſumunt. Interea mittuntur cert[i] homines, qui Flaminem accerſant: hi plerunq; re infecta ſemel atq; iterum diſcedunt, idq; fi[t] propter temulentiam deplorati ſacrificuli, qu[i] vino & ſomno ſepultus iacet. Vulgus interim ducendis choreis occupatur. Poſteà moræ & ab-ſentiæ impatientes illi, qui ſponſum adfinitat[e] attingunt, Flaminis poti domum effringunt, & vi abreptum ad peragenda ſacra eundem per-trahunt. Ille dum ſolito vult fungi officio, ne[c] tamen rectis pedibus conſiſtere poteſt, ſæpe con-cidit in medio templo. Exoritur igitur damna-bilis riſus & barbaries, vt vix opinor, ethnico[s] Veneris ſacra ſcurrilibus peregiſſe. Accurrunt ilicò qui lurconem teneant, ne collabatur. Tum primo panes ſibi debitos adferri iubet.*

*Deinde libro aperto ſtentorea voce aliquem Hymnum Dauidicum cantat, poſtea intortam ſponſi cæſariem manu comprehendens in hanc ſententiam eundem affatur: Dic mihi, ô ſponſe, ô frater, ô amice, numquid tu huic teneræ vir eſſe potes? numquid eam fuſtibus aliquando mulctabis? numquid ægrotam, ſcabioſam & decrepitam derelinques? Hîc ſanctè iurat ſpon-ſus, ſe facturum viri boni officium. Ad ſponſam igitur ſermonem conuertens, eam quoq; inter-rogat: An viro ferendo ſufficiat? (nam puellæ*

*decem*

*ecem & vndecim annorum hic nubunt) an rei miliaris curam agere? an cœco, curuo & de- epito marito fida velit eſſe comes? adfirmat a. Mox Flamen ſerto ligneo viridi vtriusq; put coronat. In circumferentia coronarum ſcripta ſunt Rutenicè hæc verba: Creſcite & ultiplicamini. Ille dum hæc agit, inflamman- ur ab omnibus cereæ candelæ, & patera medo- e ſpumans ſacrifico traditur, eam nouis ſpon- s vno propinat hauſtu: illi ſimili alacritate e- acuant, & viro religioſo reddunt. Abiecto iam igneo caſſiculo & pedibus contrito, nouas inſti- uunt choreas, hic Flamen choragus eſt, cæteri ongo ordine eundem inſequuntur. Fœminæ et- am lupulum in templo ſpargunt, & linum, cum ali acclamatione: Dij noſtri tutelares faciant, ne noui coniuges vllo vnquam deſtituantur bo- no. Sic tandem tumultuum finis eſt. Sacrificu- lus domum reducitur: conuiuæ ſponſos comitan- tur, & in tali conuentione egregiè potant. & mœchantur. Viri autem, qui ex coniuge fato functa maſculam ſobolem ſuſceperunt, perſæpe impuberi filio ſponſam quærunt, cum qua ta- men illi dormiunt & liberos procreant. Nato deinde ex ephebis egreſſo nouam nuptam à ſe conſtupratam, & ſobolem vnà adducit pater, ita inquiens: Vides fili tuam coniugem & tuos liberos? Patris ſcortum, ſi filio placet, accipit illud*

illud: ſin ſecus, prædam aſpernatur, & de al
ducenda cogitat.

FVNERVM ritus.

Iam de SEPVLTVRA MORTV
rum quædam annotabimus: Homines rebus hu
manis exemtos in menſam nudos deponunt, &
calidis vndis per integram horam abluunt, id
tantùm faciunt noctu. Sordibus ità abſterſi
in ſella mediæ domus conſtituunt eosdem, pro
pterea nimirum, vt patremfamilias etiam mor
tuum venerentur, & metuant, quotquot iſt
degunt in habitatione. Vidi ſemel atqu
iterum, ſed obſtupui, ſteteruntq́ comæ, & vo
faucibus hæſit. Funus tandem tertio die ef
fertur, præcedunt in ordine ſcholaſtici, hi la
mentabile carmen ingeminant, cuius ſenſus eſt
Adſpicite ô ciues hoc cadauer & vobis cauete
Nam nos omnes ſic ibimus, ibitis, ibunt. San
dapilarios tres inſequuntur Flamines, mediu
thuribulo circum circà fumat. Exiſtiman
enim hunc odorem malis genijs ità contrarium
eſſe, vt perinde eum fugiant, ac ſanctæ cruci
ſignum. Cum iam ventum eſt ad ſepultura
locum Orciniana iſta ſponda deponitur. Fœ-
minæ verò, quæ vt flerent, oculos erudiêre ſuos,
magna cum lamentatione ad vrnam feralem,
quæ hîc aperitur, accurrunt, & cadaueri oſcu-
la figunt, ità interrogantes: Cur noſtro abijſti
è conſpectu ô cariſſime? numquid cibi & potus

inopia

*opia te occidit: Numquid infelicis coniugij capiſtro caput ſubtrahere voluiſti? Fatere nobis, quæ te res mouere potuit, vt non tantùm ſuauiſsimam thalami conſortem, & liberos dulciſsimos tuos deſereres, ſed etiam delicijs pulcerrimi huius mundi, tuis præterea fortunis & familiaribus omnibus abrenunciares? Sed hic verum eſt illud: Surdo narratur fabula. Accedens igitur ſacrificus, plorantes fœminas arcet à feretro, Deoq; manium imperat, vt ne vlla re mortuum impediat hominem, ſed liberè eum abire permittat ad locum iſtum beatarum mẽtium, ad quem maiores ipſius iam olim præceſſerint, vtq; expeditus tam longum nec ſatis tutum iter conficere poßit, quid quid in omni vita precioſæ ſupellectilis habuit, illud in vtram feralem inferunt, iamq; antea domi ſuæ recentibus ocris & veſte noua abeuntem herum induerunt: Mortuo etiam ceruical ſubſternunt, ſiccæ terra refertum. Cumq; iam ferale murmur Flamines abſoluerunt, defuncti coniunx iterum accurrens cum eiulatu & clamore maritum ad vitam reuocat. Huius gemitum ipſi ſacrifici cum cantoribus excipiunt, & ſeſquihorã vociferando perdunt. Adfertur deinde argentea crux, eã capulo ſuperimponunt, & demortuum monent, vt ne ſuam patriam in conſuetudine cœleſtium animorum obliuiſcatur, ſed pro ea apud cœlites aßiduè deprecetur. Rogant etiam*

*vt ante*

*vt ante omnes D. Nicolaum ſibi conciliet, hun*
*namq; Deum eſſe tutelarem omnium Ruſſo*
*rum: Tandem cadauer in foſſam demittitur*
*Flamen verò ſicci pulueris tantùm vrnæ ſuper*
*injicit, quantùm manu tenere poteſt. Cæteri de*
*inde mortuum ſepeliunt. Atq; ità Piaculiari*
*ſacra ſuum ſortiuntur finem.*

CONVIVIA Funebra.

*Eodem die cœnam ſatis opiparè & appa*
*ratè inſtruunt, ad hanc Chriſtiani (ità mend*
*cos appellant) vocantur, vt nimirum tanqua*
*ocioſi pro mortuo Deos inclament. Flamine*
*item & omnes cõſanguinitate propinquos inui*
*tant. Cumq; & mihi hunc haberent honorem*
*lubenter ecaſtor eos adij, ea potiſsimum de cau*
*ſa, vt mores eorum rectius contemplari & ob*
*ſeruare poſſem.*

*Hoſpites oſculo blandiſsimè excipiunt, &*
*quemq;, vt dignior eſt, ad menſam collocant*
*Sed hic tibi illud ad mentem reuoces velim*
*Roſſos omnes S. Nicolaum tanquam Deum*
*adorare, eiusq; imaginem in domibus omnium*
*videri. Accumbentibus conuiuis, ardentem ſta-*
*tim adferunt candelam, eamq; Nicolao conſe-*
*crant, deprecantes ſedulò pro ſalute & beatitu-*
*dine amici demortui. Poſteà in ſcutella ar-*
*gentea triticum cum ſuperinfuſo melicrato*
*apponunt. Singuli ligulam ſumentes, manibus*
*defuncti rerum abundantiam, & nepotibus ſu-*
*pellectilem copioſam vno optant ore. Mox calix*

*vino*

*no aduſto plenus obambulat, & hunc liquo-
m non aliter potant, quàm vaccæ algentes
das, vt in prouerbio dicitur. Neq; tamen hoc
ſorum factum certa ratione caret: Vix enim
os ob ciborum cruditatem viuere poſſe arbi-
or, ſi tàm forti potu ſtomachi frigiditatem
n propulſarent. Ferculis demum appoſitis, ſe-
or inter Flamines iterum pinguia thura ado-
t, & lemures eijcit foras, poſteà ſcripto Crucis
gno cibo benedicit. Peregrinis hominibus Ele-
antem honoris gratia præbibunt, illosq; ſi ali-
ius ſunt dignationis & præeminentiæ, mune-
bus adficiunt liberaliter. Dumq; omnes pro
lute ſui Regis, pro beatitudine amici mortui,
o felicitate adfinium & cognatorum, plenis
nthăris bibunt: fit ferè, vt vix duo vel tres
lis ab exequijs ſobrij domum diſcedant. Eleë-
oſynas illi, qui lautioris fortunæ ſunt, die Ve-
eris diſtribuunt, ſed exiguam tantùm gregarij
anis particulam.*

*Porrò de vanis ſuperſtitionibus, quibus hæ
entes deditæ ſunt, quid attinet dicere? Multi
erpentes in domibus familiares habent &
lunt,* Aliæ ſuperſtitiones.

*Dæmonem quoq; meridianum metuunt
& colunt. Ille enim, cui iam maturæ reſecan-
ur fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambu-
at, operarijsq; vni vel pluribus, niſi protinus vi-
o ſpectro in terram proni concidant, brachia
frangit*

ſtangit & crura, neq; tamen contra hanc quo
plagam remedio deſtituuntur. Habent enim
vicina ſylua arbores religione patrum cult
harum cortice vulneri ſuperimpoſito, illud n
tantùm ſanant facilè, ſed & dolorem loripe
eximunt.

Luem caſtrenſem, quam noſtri milites hu
aduexerant, tali modo eos propulſare vidi. F
nem accipiunt, eumq; per foramē ſcamni in d
mo vetuſtioris tantiſper trahunt & retrahun
donec ignis ſcintillam ex arido aſſere elician
flamma conſpecta, cereum in delubro vndis l
ſtralibus perfuſum accendunt. Omnes deind
qui ex hac fauilla prunas vel torrem domi co
ſeruant, tutos fore credunt à peſtifera cont
gione, & fit nonnunquam, vt euentus fidei r
ſpondeat.

Doloribus dorſi talem adhibent medicina
Pueros illegitimos, quorum hîc ingens eſt n
merus, certo ære conducunt, illorumq; tergu
pedibus ſexcenties premunt & conculcant: H
medicamentum anodynum maioribus profuiſ
aſſerunt.

Leges & Iudicia.

Magiſtratum de voluntate Regis accip
unt: Oppidis Stareſtæ, hoc eſt, Capitanei im
perant, hi pro ſuo arbitrio leges figunt & i
plebeculam ſecuri dominantur. Cauſſæ crimi
nales ad iudicia rarò deferuntur. Qui ſe con
uicia dixiſſe negat, abſoluitur. Nam Palinod

am pr

*m pro pœna irrogata reputant. Iuris Roma-
ſcrupuloſa velumina, Bartolos & Baldos ſru-
rà euoluiſti, ſi hic eſſe voles: Statutis enim, id
ſt, legibus ſcriptis vtuntur. In illis & hoc ſanci-
um eſt: Homicidam, niſi in ipſo facto depre-
enſus ſit, quinq; florenis vitam redimere poſſe:
omini autem, qui alterius canem ceciderit,
ulctam decem florenorum irrogandam eſſe.
uſtuarij pœna ipſis inter præcipua tormenta
ſt. Nobiles enim, ſuos agricolas: Heri manci-
ia ſua, ſi quando peccârunt, horrendum in mo-
um fuſtibus dolant. Qui verò grauius delique-
unt, virgis ferreis lacerantur.*

*Gens eſt natura ad arma propenſior. Ma-
bæris, frameis & falcatis enſibus pugnant: Per-
epe etiam claua lignea, quam ſemper ad ma-
um habent. Si rus abeunt, Coſtram in dextra
enent, arcum autem Tartaricum cum phare-
ra & arundinibus venenatis lateri alligant.*

*In commeſſationibus non tantùm rubri char-
æ ea ſymbola Regis lubenter tractant, ſed &* Ludi.
*udo teſſario gaudent. Summa autem ſoler-
ia prælia latronum ludunt: Vt gemini inter
e Reges albusq; nigerq; pro laude oppoſiti cer-
ent bicoloribus armis. In hac profectò arte
à excellunt, vt haud ſciam, an vlla gens cum
llis comparari debeat.*

Cùm

Mrrces. Cùm pax eſt, ferarum pelles ex Moſchou
in Poloniam & Liuoniam venales adſportan
Mel, ceram, & corium magna copia peregri
vendunt. Cæteri venando & latrocinia exerce
do victum quæritãt. Vndiq; enim denſiſſimis
Ferarum venatio, inuijs nemoribus ſepti ſunt. Lupos, Lynces
Martes ſæpè intra ipſa oppidorum mœnia v
nantur. Martes quidem in ſummitatibus, arb
rum plerumq; manent, & mel ab apibus cong
ſtum auidiſſimè lingunt. Ruſtici igitur can
alunt veſtigatores, qui odoratu prodũt anim
inter a borum frondes abſconditum. Tum ven
tor magno ictu arborem percutiens Martem
ſummo verticè deijcit: quem Ilicò ἰχνευτ
ille dentium morſu necat. κάστορες quoq;
Caſtores. locis paludoſis habitantes ſimili ratione decip
unt. Hoc animal, quia in extremis amnium o
commoratur, non capitur, niſi Nouembri
Decembri menſibus, cum terra duriſſimo frig
riget. Fluuio igitur glacie conſtricto aduol
ruſticus cum cane odoriſequo. Κάστωρ aduen
entis animum minimè ignorans, effoſſos in r
pa cuniculos deſerit, & ſub glacie in algent
bus vndis natat. Canis autem naribus locum ſ
prà caput natantis exactè prodit. Sequitur ig
tur venator, qui iam anteà glacie perfoſſa
fauces fluminis rete de lino triplici factum d
ſpoſuit. Ad hoc cum iam deuenit Caſtor, perr
pturum ſe ſperans, occiditur fuſtibus, & extr

bit

bitur. Pellis eius apud hos populos ſummo eſt n precio. Hanc quoq; venationem impunè nunquam vidi: nam penè cœli intemperies me occidit.

Moribus Ruſſi erga hoſpites ſunt tolerabilibus: niſi fortè eorum trullas ames. Nam inter procula homines eſſe deſinunt.

Viri & fœminæ, ſi à fortunæ bonis firmiores ſunt, eodem ferè habitu veſtiuntur. Tunicam talarem varij coloris ex panno Britannico habent: limbus veſtium tænias ſericas, & globulos deauratos intertexunt: vterq; ocreis calceatus. Fœminæ vittis & mitra caput tegunt, viri cudone pileoue coloris diuerſiſſimi. Ruſticorum filiæ ex capitibus ſerpentum torquem collo circumdant. Vulgus autem ex pellibus ferinis tunicas, ex cortice arborum calceos parat: Et tot hîc ſunt ſutores, quot ruſtici. VESTITVS

Natura profectò ſub aſpero cœlo homines etiam elegantes producit. Corpora plerunq; ſolida habent & ſucci plena. Neq; adeò informis eſt ſexus muliebris, ſi quis formarum velit eſſe ſpectator. Omnem autem decorem ſuum vnico potandi vitio mulieres obfuſcant. In hac enim re ſi maritos non vincunt: certè non ſunt illis inferiores. Formæ corporum.

Muſicæ ſubtilioris ignari ſunt. Panduras nulla arte tractant, & tantùm tibias vtriculares in delitijs habent. In nuptijs & alijs ſolen- Muſica.

*nitatibus perſæpe ad manuum comploſatum fragorem choreas ducunt.*

Libri. *Libros Latinos & Græcos nunquam viderunt: & tamen de Religione Græcorum multa gloriantur. Ego cum ſemel nouum Inſtrumentum Tiguri Græcè impreſſum mecum haberem, rogaremq́; Flamines, vt aliquam periodum legerent, illi hoc ſeſe facturos pernegabant: ſanctè adfirmantes, eiuſmodi typos nunquam ſibi anteà viſos eſſe.*

VICTVS. *Menſæ elegantiam non magnopere curant, ſed crudos cibos, Deos AEgyptiorum porrum & cœpe auidiſsimè ingurgitant. Ditiores vinum & medonem: vulgus quaſtum, hoc eſt, aquam bibit, admixto ſale vulgari, & pane mucido ſquaroſoq́; veſcitur.*

AEdificia. *Domus Rutenicæ ligneæ ſunt, & quidem malè materiatæ. Ità tamen deſipiunt, vt exiſtiment parietem craticium latericio præferendũ eſſe. Cæmenti apud eos nullus ferè vſus eſt. Polociæ tantùm tria tẽpla ſunt opere latericio exſtructa. Ex his tertium more Italico pulcerrimè expolitum nunc ibidem conſpicitur. Cætera Moſchorum Dux, Ioannes Baſilides deuaſtauit, cùm ante annos octodecim Polociam deditione in ſuam accepit poteſtatem.*

Victus. *Pacis tempore opimos accipiunt ex agris prouentus: nec vllis ferè frugibus hominum vtilitati ſeruientibus carent. Aues omnis generis,*

*perdices*

perdices puta, phaſianos, attagenes, erythrotaones, ſumma ſolertia per inſidias capiunt, & leui ære diuendunt. Piſcium lautiſſimorũ admirabilem copiam perennia illis ſuppeditant flumina, Boryſthenes, Duna, Driſna, Driſſa, Polotta, ex quibus innumeri lacus & ἰχθυοξέφ{α ſeſe effundunt. Excocto ſale Iberico cibos condiunt.

Metallum quidem patrio in ſolo non effodiunt, & tamen auri obryzi, ſignatiq; argenti maximo deſiderio tenentur, atq; hoc vitium cum cæteris mortalibus commune habent. Nũmos eorum argenteos ouali forma procuſos ad tuam Excell. mitto: ij vno in latere Cataphracto ſignantur: in altero deſcripta ſunt Rutenis è hæc verba: κῆς βελικὶ ιδάμ, hoc eſt, Princeps magnus Ioannes. Moneta.

Hæc ferè ea ſunt, Dauid Chitræe, quæ in Orientaliori Ruſſia obſeruatione digna putaui: quæ quidem, vt tuæ cupiditati ſatisfacerem, lubenter in has paginas conieci: Nec tamen omnia attigi, ſed tantum ſumma ſequutus ſum faſtigia rerum, Apes vt tenero ſtudens liquori libat ſumma thymi, aut crocon rubentem.

De Armenijs quoque antea ad te ſcripſi, neque dubito literas tibi redditas eſſe. Hos frequentes habitare Leopoli, atq; ibidem pulcerrima tem- Armenij.

*ma templa habere, Tidemannus Giſius, 7.Iunij Caunæ mihi dixit. Ego quidem, ſi aliquando officij ratione hoc ipſum licebit, Leopolim excurram, & vicinam Armeniam perluſtrabo, fuſiusq́; deinde omnia literis tractabo.*

TARTARI. *Reſtat nunc, vt de* TARTARIS *perpauca ſubijciamus. Cùm verò epiſtolam ad te ſcribere decreuerim, non eſt, quod hiſtoriam expectes. Nolim namq́; γλαῦκας ἐις ἀθήνας. Tartarorum quidem copias minimè contemnendas regijs in caſtris perſæpe vidi, atq; hi ex Præcopienſium Horda aduenerunt, ex qua nunc quoq́; militē conſcripſit Stephanus victor. Cæteri Polonis notiores ſunt Tauricenſes, Aſturcenſes, Naianēſes, Rezihorenſes, & Circaßij. Principē Hordæ ſua lingua Czar, hoc eſt, Imperatorem appellant. Nobiles autem, quibus res mediocriter ſunt ſecundæ, Cneſi, id eſt, Principes vocantur. Tantus nimirū barbaræ gentis faſtus eſt, vt etiam titulos & magna miſeri aucupentur nomina. Religio eorum ſine dubio diuerſiſſima eſt.*

*Ego illorum ritus, qui Regis noſtri ſceptrum agnoſcunt, breuiter attingam. Bellici ſanè tumultus eos à numinis cultu non auocant. Nam Veneris die, cum vix ſol ipſe nitentes ſpargere iam cœpit radios in medio camporum æquore frequentes conuolant. Hîc Papa nudo vertice & pedibus complicatis humi ſedēs, ſchedulam ſiniſtra in manu tenet, in hanc deſcripta*

Religio Tartarorum.

*ex Al-*

*ex alcorano paradoxa aliquot congeſſit, quæ voce clara ad circumſtantes recitat. Illi ſi quando nomen Dei & Mahometis audiunt, gemitu & capitis inflexione reuerentiam ſuam declarant. Lectione finita, in ſtationem quisq; ſuam reuertuntur. Cæteri tamen, qui pacem bello, œconomiam militæ præferunt, alijs quoq; ceremonijs occupantur. Hi vno à Vilna milliari, ad fluminis Veliæ ripas, gurguſtia aliquot & pagum amœniſſimo loco ſitum habent. Huc ego XII. Kal. Iul. cum Ioanne Gamrato Stralſundino, mercatore & ciue Vilnenſi exſpaciatus, delubrum eorum intraui. In illo certè, nec alicuius Diui, nec atri Dæmonis ſimulacrum vllum videtur. Nudi vbiq; parietes. Area tamen pictis tapetis inſtrata eſt. Die Veneri dicata ſemper ad ſacra conueniunt, ea, vt opinor, de cauſſa, vt ſignificent neq; Iudæorū ſuperſtitiones, neq; Chriſtianorum nomen & religionem ſibi probari. Delubrum nulli niſi diſcalceato ingredi licet. Campanarum boatum minimè tolerant. Papa autem, exorto ſole, in ſummitate templi exedræ inſiſtens, ſtentorea voce populum ad conciones vocat. Cumq; iam frequentes adſint, ſumto ad manum Alcorano, quem Arabicis literis ſcriptum mihi monſtrarunt, numinis colendi rationem illis exponit. Poſteà de apotheoſi Mahometis, deq; illius maieſtate & precellentia carmen agreſte decantant: & tunc*

*Comitiorum finis eſt. Si Alcoranum, vel aliũm quemuis librum typis editum hic videre licuiſſet. Eum certè, vel magno pretio comparatum, ad te miſiſſem. In tanto autem librorum defectu nihil ſe vendere poſſe dicebant. De Deo Ieſu Chriſto & Spiritu ſancto fruſtrà eos interrogabis. Veram enim pietatem ita curant, vt numerum lupus aut torrentia flumina ripas. Non ſemel igitur admiratus ſum, cùm inter Chriſtianos habitent, cur adeò duri ſint, & Chriſtianam religionem aſpernentur. Et video ſanè Ieſuitarum nugas, qui de conuertendis ad Romanam Eccleſiam gentibus multa & grandia fabulantur: Cùm nequaquam hos, qui vicinis in parietibus commemorantur, à vana ſuperſtitione abducere poſſint. Neque tamen & hoc negare auſim, eſſe in Scythia homines Ieſu numen adorantes, cum dictum ſit per Dauidem de voce Euangelij per Apoſtolos in gentes ſpargenda: In omnem terram exiuit amuſsis eorum, & in finem orbis oratio eorum. Porrò nõ fugit Excellentiam tuam dogma Mahometarum magna ex parte Iudæorum ſuperſtitionibus & ſomnijs eſſe refertum. Tartari igitur Circumciſionem quoq; retinent, ſed diuerſa ab Hebræis ratione. Secundo enim & tertio annis à natiuitate, prout Papæ viſum eſt, circumciduntur.*

Lingua

*Lingua eorum à Polono idiomate tàm lon-gè abeſt, vt hi in Scythiam, illi in Sarmatiam commigrantes, ranæ Seriphia non iniuria dici queant. Qui tamen in Polonia, & Lithua-nia, & vtraq; Ruſsia longè lateq; diſperſi ſunt, plerumq; hominum, quibuſcum degunt, linguã addiſcunt & callent.*

*Præterea illorum Papa hoc mihi in ſermo-ne dixit: In multis ſuæ gentis regionibus, ſolem, ignem, malos item genios, tanquam Deos coli. Moribus feri ſunt, & duri laboris patientiſsimi: nec etiam vna vxore contenti: Nam plurimas ducunt, quarum penè miranda domi eſt concor-dia. Sed prior cæteris gratior habetur & acce-ptabilior.*

*Mortuos hîc non cremant, ſed defodiunt: Sponſos etiam fato functos addita dote & rebus Oeconomiæ neceſſarijs matrimonio iungunt, ri-diculis mehercle ceremonijs: quos aliò in orbe & reuicturos, & vnà ſemper futuros autumant. De animabus demortuorum ita ſentiunt, eas videlicet ex vno corpore in aliud tantiſper de-migrare: donec præcellentem aliquam & diu quæſitam inueniant habitationem: atque hinc magna iſta mundi lumina Cæſares, & viros principes enatos eſſe.*

*Victus illorum miſerrimus & Cyclopicus. Nam prandentes aliquoties cum horrore aſpexi-*

Carnes certè equinas ac ſemicoctas auidiſſimè deuorant. Nullus illis menſarum & ſediliorum eſt vſus. Cutes equorum iam tùm fumantes, & recens beſtiæ detractas pro ſcamnis conſeſſuri conſternunt. Lac equarum tanquam vinum Cretenſe admirantur & epotant. Hi bellis, acynacibus, arcu & ſagittis pugnant, bellatorum præſtantia equorum omnibus facilè anteponendi.

Pracopienſium legatus XIX. Iunij Vilnam adueniens Regi Euangelium adferebat, de re à ſuis contra Moſchos animosè & fortiter geſta. Quod videlicet non tantùm maximas hoſtis prouincias ferro flammaq; feliciter peruagati ſint, ſed & ad ipſa Metropolis Moſchouiæ mœnia penetrârint. Horum ſtudium voce ſua Rex collaudans, magnam ſe ipſis aliquando gratiam habiturum dicebat, ſi deinceps quoq; magnanimo conatu in aduerſam gentem arma & bellum inferant.

Iam de rebus POLONICIS, quales ea nunc ſunt, ſcribendum aliquid erit. Quia enim nihil abs te literarum tribus penè menſibus accepi, meas epiſtolas, quas Maio & Iulio exaraui, intercidiſſe video. Rex Stephanus victor, 29. Aprilis ex Comitijs VVarſauienſibus Vilnam reuerſus eſt. VIII. autem Kal. Iun. Bogdanus Bielſcius, Moſchus nobiliſſimus, à ſuo principe

rincipe profugus ad regem venit Vilnam, qui on tantum humaniſſimè nouum & inſperaum hoſpitem excepit: ſed muneribus adfecit beraliter. Sunt homines, qui ominis loco illius aduentum excipiant,& fore confidant,vt ex ſuis conſilio Rex plurimis in rebus adiuuetur.

Sequenti die. qui erat 26. Maÿ, Legatos Moſchicos aduentare vidimus, comitatum habentes ſatis ſplendidum. Cum illis aliquot diebus de pace tractatum eſt effectum verò nihil. Conditiones à Rege propoſitæ tales ſunt: Moſchus Liuoniam tradat. Impedimenta bellica & commeatum in arcibus deditis relinquat. Sumptus etiam duabus expeditionibus factos perſoluat. Pacem perpetuam ſanciat. Danorum & Suecorum Reges hoc fœdere comprehendantur. Captiui λύτρῳ vel permutatione redimantur. Ipſe Princeps in finibus vtriusq; regni ad colloquium ſe ſiſtat. Internunciÿ cùm dicerent nihil horum ſuis in mandatis annotatum eſſe, interceſſione Procerum, decem dierum ſpacium impetrârunt, vt intereà per veredarium Principis ſui mentem explorârent. Ille quia die dicto reuerſus non eſt: Rex quidem Legatos dimiſit.

Ipſe verò 19. Iunÿ, equum in gyros tortum conſcendens, Vilna egreſſus eſt circiter decimã diei horam, cœlo ita ſereno, & tàm fauſtis hominum acclamationibus, vt dubitare nemo poſ-

ſit, hinc Principem diuinitus, Polonorum genti datum, ex hydra iſta Lernæa feliciter debellata famam reportaturum eſſe immortalem. Equitabant in agmine variarum gentium Proceres, inter quos non poſtremus erat legatus Pontificius, Ioannes Andreas Caligarius, Epiſcopus Brittonorienſis, qui pro confirmatione Regni pecuniam Papæ debitam depoſcens, indulgentias ſimul & peccatorum remiſsionem largiſsimam attulit. Proximum ab illo locum tenebat Generoſus vir, Leuinus Bulouius ab illuſtriſsimo Marchione Brandenburgenſi & Boruſſorum Duce in legatione huc miſſus. Qui poſteà Caunam reuerſus, cùm ad prandium me inuitaſſet, amanter hoc à me petijt, vt ſuo nomine ſalutem tibi plurimam adſcriberem, addens & illud: In Boruſsiam quidem te hoc tempore non venturum, id quod ego ſummo cum dolore audiui: Statueram enim ſalutandi gratia Regiomontem ad te excurrere.

TIDEMANNVS quoq; GISIVS I. V. D. Et Regis intimus Secretarius, homo omnium hominum humaniſsimus, & optimis literis egregiè excultus, XXI. Iunij, hiſtoriam Auguſtanæ confeſsionis tuam, ab Rittero latinitate donatam, Vilnæ mihi monſtrauit: Cumq; ſumto ſemel iterumq; calamo ſcribere tibi vellet, neq; tamen, tantâ & indicibili nego-

ciorum

ſorum mole oppreſſus, ſibi ipſi ſatisfacere poſ-
et: inuitus quidem hoc tempore officium tuæ
xcellentiæ debitum intermiſit, meq; per A-
ellinem rogauit, vt hanc candidiſſimæ mentis
æ adfectionem per epiſtolam tibi ſignifica-
em, id quod me facturum, vti debui, ita luben-
er promiſi. De omnibus tamen rebus, quæ ha-
tenus geſtæ ſunt, & quæ deinceps numinis au-
picio gerentur, faciet te paullò poſt certiorem.

Regis noſtri frater, Tranſyluaniæ Princeps nuper deceſſit, cuius obitum Rex grauiter tulit, t par eſt: Metuit fortaſſis aliquam in iſtis locis mutationem: Quanquam filius demortui, decē annorum puer, à ſubditis patris ſucceſſor nominatus eſt. Eodem die, quo Tranſyluanorum Dominus exſtinctus eſt, generoſiſſimus Regis equus exanimis concidit & periit, qui non procul ab arce Vilnenſi defoſſus eſt, & columnam habet ligneam. Tranſyluanica,

Belli ſuſcepti moles æſtate Pleſcouiam tanget. Milites vndiq; huc confluunt, ille ex Germania, alter ex Calydonia, tertius ex Britannia; vt nimirum venales animas tantò citius Plutoni propinent. Nam vndiq; ad inferos tantundem viæ eſt.

Rex dum foris hoſtem quærit, nos domi pro pietate bellum gerimus. Proceres quidem Polonici, qui purioris doctrinæ profeſſoribus fauent,

& par-

& partim Cinglianos defendunt: partim Au-
guſtanam confeßionem ſequuntur: ante abitu
ſuum de ineunda concordia ſuaſerunt, certu
eſſe adfirmantes, quod N. Romæ nuper creati
in pernitiem Lutheranorum iuramentum præ
ſtiterit pont. Max. Huius verò tyrannidem no
adeò metuendam eſſe, ſi nos piè in religione con
ſentiamus. Maio igitur menſe conuenimus Vil
næ, effecimus nihil. Summam actionis adiunct
continent paginæ. Ipſe Dei filius, vtinam glorio
ſißimo aduentu ſuo vulnera eccleſiæ citò ſanet
& beatitudinem nobis donet ſempiternam. I
hoc quidem ſeculo ſinceram ſperare pacem no
licet. Anabaptiſtas vicinos per occaſionem erro
ris admonui. Horum ſuperintendens Lauren
Criſcouius, hæreſin ſe defenſurum ſcribit. Cùm
prodierint chartæ, habebimus ſanè quod aut cō
temnamus: aut etiã quod auctoritate ſanctari
ſcripturarũ refutemus. Literas ipſius Criſcoui
ad tuã Excel. transmitto. Iamq; Colophonis vi-
ce etiã atq; etiam vehementer te rogo, vt haſce
paginas tuo iudicio emendes, ac vel legas, vel di-
uulges, vel abijcias. Quidquid horũ feceris, mec
facies conſenſu. Summũ Pontificẽ eccleſiæ, Ie-
ſum Chriſtum, Dei ac virginis filium, qui ſolus
eſt longitudo dierum noſtrorũ, toto pectore pre-
cor, vt tuam Excel. Spiritu ſanctiſsimo ſuo gu-
bernet, & diutiſsimè incolumẽ conſeruet, meq;
tuæ beneuolentiæ & amori totum tra-
do, 8. Cal. Auguſt. Anno 1581.

# DE
# RELIGIONE ET
# SACRIFICIIS VETE-
rum Boruſſorum, epiſtola Io.
MELETII.

*Ad*
*GEORGIVM SABINVM.*

C*Vm elegiam illam tuam, quam ad Petrum Bembum Cardinalem ſcripſiſti, mihi legendam exhibuiſſet Hieronymus filius meus, qui tuis ſcriptis plurimùm delectari ſolet: in qua de ſacrificio capri, & anguium cultu, quæ nonnullæ Sarmaticæ gentes faciunt, commemoras: continere me non potui, quin ea, quæ de vano cultu earum gentium comperi, ad te ſcriberem, tibi vtiq; non ingratum fore ſperans, ſi earũ gentium, ad quas fato quodam vocatus es, & in quarum vicinia vitam agis, mores & idolatriam plenius cognoſceres. Multi enim ſuperſtitioſi ritus, idolatricíq; cultus paßim in his regionibus adhuc occultè ſeruantur, qui tibi aduenæ nondum fortè cogniti ſunt. Itaq; viſum eſt communicare tecum, quicquid de illis compertum habeo.*

*habeo. Ac ne longiore vtar procemio, referam primò ſacrificia, quibus olim Boruſſi, Samogitæ, Lithuani, Ruteni & Liuones, coluerunt dæmonia pro dijs, atq; etiam nunc multis in locis colunt occultè: deinde ſuperſtitioſos quoſdam ritus, quibus nuptiæ, funera & parentalia, apud eaſdem gentes celebrantur.*

*Die Georgij ſacrificium facere ſolent Pergrubrio, qui florũ, plantarũ, omniumq; germinum Deus creditur. Huic Pergrubrio ſacrificant hoc modo: Sacrificulus, quem Vurſchayten appellant, tenet dextra obdã cereuiſiæ plenam, inuocatoq; dæmonij nomine, decantat illius laudes: Tu (inquit) abiges hyemem, tu reducis amœnitatem veris: per te agri & horti virent, per te nemora & ſyluæ frondent. Hac cantilena finita, dentibus apprehendens obdam ebibit cereuiſiam nulla adhibita manu: ipſamq; obdam ita mordicus epotam, retro ſupra caput iacit. Quæ cum è terra ſublata, iterumq; impleta eſt, omnes quotquot adſunt, ex ea bibunt ordine, atque in laudem Pergrubrij hymnum canunt. Poſteà epulantur tota die, & choreas ducunt.*

*Similiter quando iam ſegetes ſunt maturæ, ruſtici in agris ad ſacrificium congregãtur, quod lingua Rutenica Zazinck vocatur, id eſt, initium meſſis. Hoc ſacro peracto, vnus è*

*multitu-*

*ultitudine electus, meſſem auſpicatur, mani-
ulo demeſſo, quem domum aafert. Poſtridie
nnes, primò illius domeſtici, deinde cæteri qui-
unq; volunt, meſſem faciunt.*

*Facta autem meſſe, ſolenne ſacrificium
ro gratiarum actione conficiunt, quod Ruteni-
a Lingua Ozinck, id eſt, conſummatio meßis
icitur. In hoc ſacrificio, Sudini Boruſſiæ populi,
pud quos ſuccinum colligitur, capro litant, ſi-
ut in elegia tua ad Bembum ſcribis.*

*Litandi verò ritus eſt talis: Congregato
opuli cœtu in horreo, adducitur caper, quem
'urſchaytes illorum ſacrificulus mactaturus,
mponit victimæ vtramq; manum, inuocatq;
rdine dæmones, quos ipſi Deos eſſe credunt: vi-
elicet, Occopirnum, Deum cœli & terræ. An-
rimpum deum maris: Gardoater, deum nau-
arum, qualis olim apud Romanos fuit Portun-
us. Potrympum, deum fluuiorum ac fonti-
um. Piluitum, deum diuitiarum, quem La-
ini Plutum vocant. Pergrubium, deum Veris.
'argnum, deum tonitruum ac tempeſtatum.
'occlum, deum inferni & tenebrarum. Poccol-
lum, deum aëriorum ſpirituum. Putſcætum, de-
um, qui ſacros lucos tuetur: Auſcentum, deum
incolumitatis & ægritudinis: Marcoppolum,
deum magnatum & nobilium: Barſtuccas,
quos Germani* Erdmänlen/ *hoc eſt, ſubterra-
neos vocant.*

His

*His dæmonibus inuocatis, quotquot adſ[...] in horreo, omnes ſimul extollunt caprum, ſub[...] memq́ tenent, donec canatur hymnus: quo[...] nito, rurſus demittunt ac ſiſtunt caprum in t[...] ram. Tùm ſacrificulus admonet populum, vt ſ[...] lenne hoc ſacrificium, à maioribus piè inſti[...] tum, ſumma cum veneratione faciant, eiu[...] memoriam religiosè ad poſteros conſeruen[...] Hac conciuncula ad populum habita, ipſe mact[...] victimam, ſanguinemq́ patina exceptum [...] ſpergit. Carnem verò tradit mulieribus eod[...] in horreo coquendam. Hæ intereà dum caro [...] quitur, parant è farina ſiliginea placentas, qu[...] non imponunt in furnum, ſed viri focum ci[...] cumſtantes, hinc illinc per ignem iaciunt abſ[...] ceſſatione, tamdiu quoad illæ induréſcant, [...] coquantur. His peractis, epulantur atq́ bell[...] antur tota die ac nocte vſq́ ad vomitum. Eb[...] deinde ſummo mane extra villam progrediu[...] tur, vbi reliquias epularum, quæ remanſerun[...] certo in loco terra operiunt, ne vel à volatilibu[...] vel à feris diripiantur. Poſteà dimiſſo cœ[...] ſuam quiſq́ domum repetit.*

*Cæterùm, ex omnibus Sarmatiæ gentib[...] ſupra nominatis, multi adhuc ſingulari venera[...] tione colunt Putſcatum, qui ſacris arborib[...] & lucis præeſt. Is ſub arbore Sambuco domici[...] lium habere creditur. Huic paßim homine[...] ſuperſticioſi litant pane, cereuiſia, alijsq́ cib[...]*

*ſub arbor[...]*

*ſub arbore Sambuco poſitis, precantes à Putſeato, vt placatum efficiat Marcoppolum Deum magnatum & nobilium, ne grauiore ſeruitute à Dominis ipſi premantur: vtq; ſibi mittantur Barſtuccæ, qui (vt ſupra dictum eſt) ſubterranei vocantur. His enim Dæmonibus in domo verſantibus ſe fieri credunt fortunatiores: eisq; collocant veſperi in horreo ſuper menſam mappa ſtratam, panes, caſeos, butyrum, & cereuiſiam: nec dubitant de fortunarum acceſſione, ſi manè reperiant cibos illic aſſumptos. Et ſi quando intactus cibus in menſa remanet, tunc magna anguntur cura, nihil non aduerſi metuentes.*

*Eædem gentes colunt Spiritus quosdam viſibiles, qui lingua Rutenica Cultky, Græca Coboli, Germanica Coboldi, vocantur: Hos Spiritus credunt habitare in occultis ædium locis, vel in congerie lignorum: nutriuntq; eos lautè omni ciborum genere, eo quod afferre ſoleant nutritoribus ſuis frumentum ex alienis horreis furto ablatum.*

*Cùm verò hi Spiritus alicubi habitare ac nutriri cupiunt, hoc modo ſuam erga patremfamilias voluntatem declarant. In domo congerunt noctu ſegmenta lignorum, & mulctris lacte plenis imponunt varia animalium ſtercora. Quod vbi paterfamilias animaduerterit, nec diſſipauerit ſegmenta, nec ſtercora è mulctris*

*eleterit, ſed de inquinato lacte cum omni familia ſua comederit, tunc illi apparere & permanere dicuntur.*

*Præterea Lituani & Samogitæ in domibus ſub fornace, vel in angulo vaporarij, vbi menſa ſtat, ſerpentes fouent, quos numinis inſtar colentes, certo anni tempore precibus ſacrificuli inuocant ad menſam. Hi verò exeuntes, per mundum linteolum conſcendunt, & ſuper menſam aſsident: Vbi poſtquam ſingula fercula delibarunt, rurſus deſcendunt, ſeq́; abdunt in cauernis. Serpentibus digreſsis, homines læti fercula illa prægustata comedunt, ac ſperant illo vno omnia proſperè ſibi euentura. Quod ſi ad preces ſacrificuli non exierint ſerpentes, aut fercula ſuper menſam poſita non delibauerint, tum credunt ſe anno illo ſubituros magnam calamitatem.*

*Adhac eædem gentes habent inter ſe ſortilegos, qui lingua Rutenica Burty vocantur, qui Potrimpum inuocantes, ceram in aquam fundunt, atq; ex ſignis ſiue imaginibus inter fundendum figuratis, pronunciant ac vaticinantur, de quibuscunq; rebus interrogati fuerint. Noui ipſe mulierculam, quæ cum diu reditum abſentis filij fruſtrà exſpectaſſet: erat enim filius ex Boruſsia in Daniam profectus: conſulit ſortilegum, à quo edocta eſt, illum naufragio periiſſe. Cera enim in aquam fuſa, expreſsit formam*

mam fracta nauis, & effigiem reſupini hominis iuxta nauim fluitantis.

Apud Samogitas eſt mons ad fluuium Naſſam ſitus, in cuius vertice olim perpetuus ignis à Sacerdote conſeruabatur, in honorem ipſius Pargni, qui tonitruum & tempeſtatum potens à ſuperſtitioſa gente adhuc creditur. Hactenus de ſacrificijs.

Nunc de ritibus NVPTIARVM, funerum, & parentalium, narrabo non minus ridicula, quàm ſuperſtitioſa. Apud Sudinos, Curonenſes, Samogitas & Lituanos, nubiles puellæ multis in locis geſtant tintinnabulum, quod funiculo alligatum è cingulo dependet vſq; ad genua. Nec ducuntur, ſed rapiuntur in matrimonium, veterum Lacedæmoniorum more à Lycurgo inſtituto. Rapiuntur autem non ab ipſo ſponſo, ſed à duobus ſponſi cognatis. Ac poſtquam raptæ ſunt, tunc primum requiſito parentum conſenſu, matrimonium contrahitur.

Cùm nuptiæ iam celbrantur, ſponſa ducitur ter circa focum. Deinde in ſellam ibi collocatur. Sedenti ſuper ſellam pedes lauantur. Ea verò aqua, qua ſponſæ lauantur pedes, conſpergitur lectus nuptialis, ac tota ſupellex domeſtica. Conſperguntur item hoſpites, qui ad nuptias inuitati ſunt. Poſteà ſponſæ os oblinitur melle, & oculi teguntur velamine, velatis oculis ipſa ducitur ad omnes ædium fores, quas iubetur

*contingere ac pulſare dextro pede. Ad ſingulas fores circumſpergitur tritico, ſiligine, auena, hordeo, piſis, fabis, & papauere. Qui enim ſequitur ſponſam, geſtat ſaccum plenum omni genere frugum: cumq́; illam circumſpergit, ait, nihil horum defuturum ſponſæ, ſi religionem piè coluerit, remq́; domeſticam curauerit ea diligentia, qua debet. His actis, aufertur ſponſa velamen ab oculis, & conuiuium celebratur.*

*Veſperi cùm ſponſa ad lectum deducenda eſt, inter ſaltandum ei abſcinduntur crines: quibus abſciſſis, mulieres imponunt ei ſertum, niueo linteolo adornatum, quod vxoribus geſtare licet, donec filium pepererint. Tam diu enim vxores pro virginibus ſe gerunt. Ad extremum introducitur in cubiculum, vbi pulſata & verberata conijcitur in lectum, ſponſoq́; traditur. Tum pro bellarijs afferunter teſticuli caprini, vel vrſini, quibus ipſo nuptiarum die commanducatis, coniuges creduntur fieri fœcundi. Hac de cauſa, nullum quoq; animal caſtratum illic ad nuptias mactatur.*

*In FVNERIBVS hic ſeruatur ritus à ruſticanis. Defunctorum cadauera veſtibus & calceis induuntur, & erecta locantur ſuper ſellam, cui aſſidentes illorum propinqui, perpotant ac belluantur: Epota cereuiſia, fit lamentatio funebris, quæ in lingua Rutenica ſic ſonat: Ha le le, le le, y protz ty mene vmarl? ij za tij nie*

miel

miel ſzto yeſty, albo pity? y protz ty vmarl? Hale le, le le ÿ za tÿ nie miel kraſſÿe mlodzice? ÿ protz tÿ vmarl? Id eſt, Hei, hei mihi. Quare mortuus es? Num tibi deerat eſca aut potus? Quare ergò mortuus es? Hei, hei mihi. An non habuiſti formoſam coniugem? Quare ergò mortuus es? &c. Hoc modo lamentantes enumerant ordine omnia externa illius bona, cuius mortem deplorant: nempè, liberos, oues, boues, equos, anſeres, gallinas, &c. Ad quæ ſingula reſpondentes, occinunt hanc Næniam: Cur ergò mortuus es, qui hæc habebas?

Poſt lamentationem dantur cadaueri munuſcula, nempe, mulieri fila cum acu: viro linteolum, idq; eius collo implicatur. Cum ad ſepulturam effertur cadauer, pleriq; in equis funus proſequuntur, & currum obequitant, quo cadauer vehitur: eductisq; gladÿs, verberant auras, vociferantes Gey geythe begaythe peckelle, id eſt, aufugite vos Dæmones in infernum. Qui funus mortuo faciunt, nummos proÿciunt in ſepulchrum, tanquam viatico mortuum proſequentes. Collocant quoq; panem, & lagenam cereuiſiæ plenam ad caput cadaueris in ſepulchrum illati, ne anima vel ſitiat vel eſuriat. Vxor manè & veſperi, oriente & occidente ſole, ſuper exſtincti coniugis ſepulchrum ſedens vel iacens lamentatur diebus triginta. Cognati verò ineunt CONVIVIA die tertio, ſexto, nono, & qua-

& quadrageſimo. A FVNERE. Ad quæ conuiuia animam defuncti inuitant, precantes ante ianuam. In his conuiuijs, quibus mortuo parentant, tacitè aſſident menſæ tanquam muti, nec vtuntur cultris. Ad menſam verò miniſtrant duæ mulieres, quæ hoſpitibus cibum apponunt, nullo etiam cultello vtentes. Singuli de vnoquoq; ferculo aliquid ſub menſam iaciunt, quo animam paſci credunt, eiſq; potum effundunt. Si quid fortè deciderit de menſa in terram, id non tollunt, ſed deſertis (vt ipſi loquuntur) animabus relinqunt, manducandum, quæ nullos habent vel cognatos vel amicos viuentes, à quibus excipiantur conuiuio. Peracto prandio, ſacrificulus ſurgit de menſa, ac ſcopis domum purgat: animaſq; mortuorum cum puluere eijcit, tanquam pulices, atq; his precatur verbis, vt è domo recedant, Ielij pilij duſſicæ: nu&wen, nu&wen: hoc eſt, ediſtis ac bibiſtis animæ dilectæ, ite foras, ite foras. Poſt hæc incipiunt conuiuæ inter ſe colloqui & certare poculis. Mulieres viris præbibunt, & viri viciſſim mulieribus, ſeq; mutuo oſculantur.

De hac oblatione ciborum ſuper tumulos defunctorum, meminit etiam Auguſtinus ſermone 15. de Sanctis, cuius verba hæc ſunt: Miror cur apud quoſdam infideles hodiè tam pernicioſus error increuit, vt ſuper tumulos defunctorum cibos, & vina conferant, quaſi egreſſæ de corporibus ani-

*bus animæ,carnales cibos requirant. Epula enim & refectiones carō tantùm requirit. Spiritus autem & anima ijs non indigent. Parare aliquis ſuis caris dicit, quod ipſe deuorat, quod præſtat ventri,imputat pietati,&c. Hactenus Auguſtinus.*

*Hæc,quæ de ſuperſtitioſis ritibus,& ceremonijs illarum gentium narraui,partim ipſe vidi, partim ab hominibus fide dignis audiui. Tu verò,præſtantiſsime vir,qui variarum rerum cognitione delectari ſolitus es.pro ea,qua excellis, humanitate, meum hoc qualecunq; ſcriptum ab homine tui amantiſsimo profectum,boni conſulas oro.*

FINIS.

# INDEX RERVM, ET LOCORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN TOTO HOC LIBELLO CONTINENTUR, iuxta numerum paginarum.


A.

America an veteribus cognita fuerit, nec ne 7
eius longit. & latitudo 8
deſcriptio 201. 212
Auerrois 13
Auſtria 46
Aegentina 66
Albis 87
Arnſtadium 107
Alba regia 118
Attici cur autochthon. 132
Athenæ 132. 133. 134. &c.
Apollodori Bibliotheca 134
Atticæ fontes 134
Argolidis Amnes 136
Achaia 137
Aeſculapius cuius filius 138
Arcadia 139
montes & amnes 140
Aeliani varia hiſtoria 143
Aldus Manutius quis 143
Alexandri ſtupenda memoria 144
Antium 145
Ambroſius Calepinus 147
Apuli Regis potentia 148
Aquileia 149
Aurea legenda quid 150
Aſia minor 157
quæ Aſiæ minoris regiones Græcæ 163
Aſia maior, eiusq; vrbes 164. 165. &c.
Athenodori eloquentia 157
Arabia quotuplex 177. 178
Arabum in genere conſuetudines 179
Alchymiſtæ Arabes quales 180
Albania, & eius fertilitas 181
Africa, eiusq; vrbes 185. 186
Atlas qualis mons 187
Aegyptus beatiſſima terra 187
Alexandria 190. 191. &c.
Appion 192
Anſeres in arboribus nati è flore 206
Aues natæ è corticibus arborum, item è fungis 204
ἄλιμος herba 217

B.

Biblia Polyglotta 13


à quo

à quo excuſa 19
Belgicæ partes 22. 23. &c.
Baſilea 49
Buceri carmen 71
Brunſuiga 75
Biblia Arabica & Aethiopica 83
Benedictus Arias 84
Brandeburga 84
Buda 118
Bulgaria 119
Brunduſium 126
Bononia 145
Balanæ thermæ 146
Boſphorus Cimmerius 201
Bithynia 161
Britannia 204

C.

Circulorum gradus quot 3
Continens quid 5
Corduba vrbs 13
eius promontoria & mos puerperarum 20
Compoſtella 19
Ceruus immenſus 50
Cygnæa 70
Conradus Epiſcopus quomodo interfectus 67
Conſtantinopolis, & eius ſitus, ac magnitudo 121
122. &c.
Chryſoſtomus quanti fact⁹ 121
Cheronæa 128
Corinthus à quibus euerſa 137
Caſilinum 144
Coturnicum copia ingens 146
Coſta ſtupenda piſcis marini 148
Campania, eiusq; laus 146
Capua ibidem
Caria 158
Calchantis vatis obitus 159
Celene 160
Cappadocia 162
Chaldæa 177
Chryſe 208
Cuſco qualis vrbs 213
Creta Hecatópolis olim 217

D.

Dionyſij vox de eclipſi tempore paſſionis CHRISTI 134
Dianæ templum 158
incenditur 159
Danubius 85

E.

Europa 11
eius collatio cum Aſia & Africa 12
Exemplum inuſitatæ ſæuitiæ 39
Eraſti libri 56
Erphordia 68
Exemplum profani Monachi 70

Exemplum auaritiæ inſignis 109
Exemplum crudelitatis ſingularis 112
Euſtathius quis 124
Epidaurus 137
Elis quid 139
Elias Leuita quis 152
Epheſus 158
eius diſtantia ab Hieroſolymis 159
Exemplum ſtupendi roboris 216
Eubea 218

F.

Fames inaudita 32
Freiſtadia 35
Febris quartana quomodo curata ſit 56
Fuldenſis Bibliotheca 66
Francoforda ad Mœnum 67
Friburga 70
Fuggerorum Bibliotheca 140
Ferraria 145
Fortunatæ Inſulæ quæ 210
quando repertæ 211

G.

Gæographia quid 3
Gades 15
Geneua 22
Gallia, eiusq́; partes 21
quæ flumina 24
Germania 25
quotuplex, & quæ regiones 26.27.28.29.&c.
amnes celebriores 84 85.&c.
Germanica lingua quib. vocibus abundet 140
Goltperga 36
Glogauia 38
Grynæi Epicedion 49
Gelhuſa 68
Greuſena 107
Græcia 121.122.123.&c.
Græciæ florentis ſcriptores qui 140
Græcia verè ſic dicta quomodo diuidatur 120
Græcorum pugnæ quæ 131
Greichgoia qualis vox 141
Gregorij magni Papæ opera 143
Gothia 208
Georgius Valla Placentinus 147
Geber Arabs 179
quando vixerit 180
Gallicenæ 204

H.

Hiſpania 12
Hiſpalis vrbs 13
Hiſtoria animalium & ſtirpium Geſneri 49
Hippocratis Medicina qualis 56
Hamburga 73

Hercy-

Hercynia ſilua, eiusq; varia nomina 87
ſummaria deſcriptio 108
Horatij patria 147
Herodotus cur Thurius 148
Hermogenis ingenium 157
Homerus magnus vir 159
Homines Septentrionales quales 203
Hiberni veteres quales 204

I.

Iſthmus 5
Ioannes Morenbergius 32
Iacobus Monauius 34
Ioannes Haſelbach 47
Ingolſtadium 50
Iacobus Ebertus 83
Ilfelda 87
Ioannes Thalius 90
ad Neandrum ſcribit vnà cum alijs viris doctis 101. 102. &c.
Idolomania horribilis & triſtis 212
Inſulæ maiores quæ 215 216.&c.
Islebia 107
Ioannes Baſilius Rex qualis in ſubditos fuerit 111 112.&c.
quibusdam aures abſcindit: nonnullos verò pellibus inſutos dilacerari à canibus permittit 113
crudelior Turca 114
Inſignia veterum Regum Vngariæ 120
Italia 142
montes 153
amnes 154
Ionia qualis regio 158
India ac Inſulæ adiacentes 182.183.&c.
quæ via traducendi merces ex India 10
Inſulæ Oceani 202.203.&c.
Islandia 207
Ibycus Poëta Lyricus 216
Iouis ſepulcrum 217
Inſulæ maris Iberici 219

L.

Ludouicus Viues 15
Lugdunum 22
Leonhardus Fuchſius 65
Lubeca 73
Luneburga ibidem
Luſatia 84
Lappia orientalis in quantum diſtet à polo arctico 117.207
Lais Corinthia 137
Laurentium 145
Laconicæ montes 136
Lycius quis 158
Lydia 159
amnes & montes 160
Londinum 204
Lesbos vino generoſo elata 218

M.

Maſſylia 24
Miſnia 68
Miſna 70
Mersburga ibidem
Madeburga 75
Marchia 76
Mœnus 86
Moſcouia 110
templa &monaſteria 113
abundat feris & melle 116
Moſcouiticus Rex quomodo ducat vxorem 115
Moſcouiæ Superintendens Eccleſiarum quis 116
Macedoniæ regiunculæ 126
Methone 137
Megalopolis 139
Mediolanum 149
Martinus Cruſius 66
Mare mediterraneum vndè ſortiatur varia nomina 201
ſinus eiuſdem maris ibid.
Miletus 158
Mithridates rex Ponti quantus 161
Media 180
Memphis 189
Magellanica 210
Megellanus occumbit in prælio 210
Margaritarum ſtupenda magnitudo 210
Maria 198.199.&c.

N.

Nauigationes veterum 6.7.8
Luſitanorum & Venetorum 8
Neandri vita 36
Noribergæ ſitus 50
Noricum 84
Neccarus 87
Northuſa 90
Neapolis vrbs magnificentiſſima 146
Nazianzum 162
Nabathæi 178
Nilus quando incipiat creſcere 194
Nicolaus de Lyra quis 205

O.

Opiniones de Herculis columnis 20
Occittarum origo 22
Olympia 139
Ottomanzicum 161

P.

Poli eleuatio quid 4
Platonis verba de Atlantide 8
Philippi Hiſpaniarum potentia 9
Pſeudomartini hiſtoria 22
Pabeperga 67
Palatinatus 56
Praga 110
Pannonia 117
Pell

Pella vrbs 124
Phocidis fontes 128
Peloponeſi paradoxa, & regiunculæ 135. 136. 137. &c.
Patauium 152
Padua 154
Pamphilia 158
Phrygia qualis terra, & eius amnes, ac montes 160
Pruſa 162
Phœnicia & partes regionis Phœniciæ 168
Pontus Axenes 201
Peninſulæ quot 202

Q.

Quintilianus 15
Quinſai 209

R.

Regio quid 12
Rhetici iudicium de Theophraſto 56
Roma, & eius præconia, item quo interuallo diſtet ab Hieroſolymis 142

S.

Scholaſtica Theologia 21
Sprotta igne perit 40
Saganum incendio perit ib.
Spira 66
Sileſia 31
quæ officia contulit in Neandrum 41
Sueuia 55
Saxonia 73
Syntagma Heroicum, continens omnium gentium origines 77. 78. &c.
Sigismundus Strophius 107
Sarmatia, eiusq; regiones ac amnes celebriores 109 110. 119. &c.
Sclauonia 119
Stridon patria D. Hieronymi 110. 119
Stagyra 124
Stilpon Philoſophus 137
Sicyon qualis vrbs 138
Spira vrbs 141
Sardanapali Epicedion 157
Stockholmia vrbs Suetiæ 207
Siciliæ vrbes & ambitus 216

T.

Terræ & locorum cognitio cur vtilis 1
Terrarum orbis diuiſio 2. 11
eius deſcriptio quomodo cognoſcenda 5
Terræ forma, regiones & Zonæ 3
eius longitudo & latitudo tam ſuperiori, quàm noſtra ætate 4. 5. 6
quomodo à nobis circumiri poſſit 11
Terra Comenſis 19
Taſſilio 50
Theophraſto cur ab aliquibus

bus multum tribuatur 56
eius natiuitas & mors 65
Thuringia 68
Tranſiluania 118
Thraciæ montes & amnes 123.124.&c.
Theſſalonica 124
Theſſalica tempe 126
Theſſaliæ regiunculæ ibid.
Thebæ heptapylæ 128
Tarentum 148
Thalmud quid contineat 152
Tyana 162
Taurus mons, & varia eius nomina 164
Taprobana 209
Terræ Inſulæ factæ 219
Tenodos 221

V.

Vtyſſibo 18
Vratislauia 22
qui Doctores Eccleſiæ & Rectores Scholæ 23
Valeſia 50
Voitlandia 68
Viteberga 69
Vaccæ Epirodicæ inſigni magnitudine 126
Venetiæ 151

Z.

Zonæ quot 3.4
Zeila 208.

*F I N I S.*

LIPSIÆ,
Ex Officina Ty-
pographica Abra-
hami Lambergi.



*Anno,*

---

*M. D. LXXXIX.*

c
J589
N3490